Cl_3
Z_5
n_5

C ~~75~~

~~133~~

I

Achetés 15 f. en 1875.

L. Delisle

Voir au verso du feuillet de garde, ad calc.

Gilier

CHRONOLOGICA-
RVM DEMONSTRATIONVM
LIBRI TRES

JOANNIS TEMPORARII
Jurisconsulti Blesensis.

Ex libris domus ... Aurelianensis

RVPELLÆ.
Ex officina Hieronymi Haultini.
1600.

ILLVSTRISSIMO AC POTENTISSIMO DOMINO D. CLAVDIO TREMOLIO, DVCI

Thuartij, Franciæ Patritio, Principi Talmundi, &c.
Ioannes & Adamus Temporarij fratres.

BIBLIOTHEQUE BLOIS

S. P. D.

VM *publica calamitas pluribus ocium faceret,* VIR ILLVSTRISSIME, *eadem pluribus ocium sustulit, quos præcipuè vexit ad æthera virtus: Habent igitur publici tumultus sua quædam commoda; fremant omnes licet, Cyclopicisque agitentur furoribus, felices animas sola Virtus excitat. Cum enim superioribus bellorum procellis Ioannes Temporarius à forensib. cessaret, animum ad altiora appulit: Et cum cœlorum motus mirabili solertia disquireret; horum cognitionem aliquot diagrāmatis adeo facilem tradidit, vt vel mediocriter versantibus in numerorum cognitione, quæcunque sint cœlorum arcana nota fecerit. Idem temporum notationes cum Sacris & cœli voluminibus cōtulit, & in vnum volumen congessit, cui titulum dixit* Chronologicarum demonstrationum. *Fecit & de ponderibus & mensuris, vsumque earum, qualis apud veteres fuerit, ad nostra tempora reduxit. Quæ omnia cùm sint studiosis quam-maximè & vtilia & necessaria, silentio supprimi non debuerunt. Vt*

igitur in lucem prodirent, impulit nos cum multorum expostulatio, tum patris commissum fidei nostræ relictum: neque enim paternæ solùm rei, sed voluntatis etiam hæreditas ad liberos pertinere solet. Chronologicas igitur demonstrationes, quas nunc primùm in lucem edere commodum fuit, tibi meritò offerimus, patris voluntatem sequuti. Ille enim sanctissimæ Christi Ecclesiæ dicauit: inter cuius alumnos primas partes, cum pietate, tum nobilitatis genere facilè tueris. Has si grato animo exceperis, breui speramus sub tuo felici nomine cætera publicare. Deus te in multos annos feliciter prouehat.

IOANN. TEMPORARIVS
SANCTISSIMAE CHRISTI ECCLESIÆ PACEM.

ERA Temporum cognitio quam ſit jucunda, vtilis, neceſſaria, qui neſcit, is veri & honeſti prorſus ignarus meritò cenſeatur. Sermones conferantur de Mundi origine, de primo homine, Diluuio, Moſe, Dauide, Chriſto, de Cyro, Alexandro, Cæſare, Troia euerſa, Roma condita, de Olympiadibus, de quacunque re præterita, ſtatim mēs & cogitatio fertur ad ea tempora quibus & quorum mētio facta eſt extiterunt, nec vnquam placidè quieſcit, donec quod quærit aſſequatur. Prætereo prudens fundorum, regionum, regnorúmque poſſeſſiones, quæ nunquam certæ & ſtatæ cenſentur, niſi tempus eas confirmarit. Quantum verò conferat ad pietatem & ad ſacra vaticinia intelligenda, quid in ijs prius, quid poſterius habitum factúmve ſit, dicere nihil neceſſe eſt. Hiſtoria ſanè, quæ à Cicerone teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis appellatur, omnino cæca eſt abſque Chronologiæ luce. Eſt igitur notitia temporum ad vitam benè beatéq; tranſigendam maximè neceſſaria. Temporum verò priſcorum rationem nondum ſatis exploratam perſpectámque eſſe, teſtantur tot doctiſſimorum virorum ſcripta, quæ de temporibus in dies edūtur, inter ſe diuerſa: nec tamen vllus eſt, qui non quidpiam cæteris perfectius aut probabilius adferre ſe putet. Sed & qui temporis à condito mūdo ad Chriſtum præteriti menſuram perueſtigare conati ſunt, in tanta ſententia-

rum & opinionum varietate reperiuntur, vt qui minimum huic interuallo tribuunt, supputent annos 3508. qui plurimũ, 6984. Ad hæc si Chronologias omnium & Chronographias, & quidquid de temporum & annorum cẽsu proditum est, conferre lubeat; omnia non solum inter se, sed etiam cum sacris, multa etiam cum cœli voluminibus comperies dissentire. Eapropter nos operæpretium facturos esse duximus, si à primordio rerum tempora denuo recenseremus, plenámque & suis numeris absolutam annorũ dimensionem exhibere periclitaremur. In longinqua illa peragratione cum scriptores omnes varia diuersáq; sentientes suspectos haberemus, duos tantùm itineris duces adsumpsimus, omnis errationis expertes, & quos nemo sanæ mentis sequi recusauerit, nempe DEI VERBVM, & COELVM. Id quod demonstrationes liquido testabuntur, in quibus extruendis, quemadmodum Geometræ ad contexendos apodixeωn syllogismos, nonnulla sibi dari postulant & καινὰς ἐννοίας proferre solent; quibus concessis, quæ proponunt necessariò consequuntur. Sic nos duo nobis concedi postulamus: vnum, vt sacræ Scripturæ summa fides & autoritas omnino tribuatur: alterum, vt Cœlum æqualibus temporibus, æqualia conuersionũ spatia conficiat. Et in hoc quidem posteriore omnes nobis sponte assensuros putamus qui cœlum intuentur, & dierum annorúmque recursus agnoscunt. Illud verò ab omnibus pijs atque adeo ab ipsis Iudæis qui scripta Prophetica amplectũtur, nos facilè impetraturos esse confidimus. Siquidem literæ sacræ tũ dignitate vetustatis, tum authoritatis pondere, omnia quæcunque scripta monimentáve adeo superant, vt earum testimonium nullus vnquam eorum reiecerit, qui ex ijsdem literis

ris didicerunt Deum æternum verbo suo cœlum terrámque sine vlla materia, temporis initio condidisse: hominem creasse bonum, vidit enim omnia quæ fecerat esse valde bona: deinde Satanæ dolis in extremam perniciem demersum, in integrum restituisse, per Christum filium suum Deum & hominem. Eapropter ex illis scriptis, Chronologiæ fundamenta excitamus. Quibus fœtent oracula sacra, fidemq; illis omnem detrahere conantur; istis per nos liceat elemẽta Mundi haurire ex antiquata suorum Philosophorum hyle, Platonis ideis, atomis Democriti, Aristotelis entelechia, Pythagoræ numeris, & profanorum huiusmodi Theologorum placitis, vt ab ijs discant nihil scire de rerum principijs & temporis origine. At nos dari nobis efflagitamus in ipso principio Deo, principij nihilominus experte, temporis fundamenta ponere, nostráque confirmare diuinis oraculis. Temporibus autem eousq; prolatis quò nos Sacra ducunt, reliqua ad nostram vsque ætatem quã produximus ad annum Epochæ Christianæ 1580. ex ipso COELO, quod omnibus patet, certissima via deducemus. Deum interim omnis autorem principij & vniuersi temporis ducem obsecrantes, vt temporibus, quæ suos ortus & interitus habent, ad exitum perductis, nos euehat ad æterna illa sæcula quæ nullum finem habitura sunt. Cæterum, opus triparti tum est. Ac primo quidem libro, temporum seriem exhibemus in decadas æqualiter distinctam: quas rursus, vt opus esse visum est, partimur in singulos annos, horum numeris in scalarum lateribus adscriptis; dextro quidem, à Christo, porrò & retrò: sinistro verò ab vniuersi exortu. Intra scalas inseruntur summa historiæ capita quæ seculorum memoriam illustrarunt. Altero libro demonstrationes ex-

truimus,ex ſacris &coeli voluminibus depromptas.Poſtremo docemus vniuerſam hiſtoriam Temporum ordinibus explicatis & demonſtratis planè conſentire. Hanc verò meam operam tibi, ſanctiſſima Chriſti Eccleſia, dicare & conſecrare volui,& multis nominibus debui.Primùm enim in gremio tuo,Dei Opt.Max.beneficio,natum me & in ſinu tuo fotum educaſti: deinde à teneris annis in Dei notione & Chriſti Seruatoris fiducia animum meum informaſti; eũdémque ſanctis inſtitutis imbuiſti: præterea totum hoc ſyntagma verè tuum eſt. In eo certè nihil meum, præter ſcriptionis & diſpoſitionis operam, quæ profecto manſiſſet imperfecta & mutila, niſi abſolutionem abs te perfectionémque conſecuta fuiſſet. Nam qui extra Dei Eccleſiam temporum ortus & exitus perſcrutari conati ſunt, illi ſemper hæſerũt in ſcopulis, nec ad portum nauem vnquam appellere potuerunt. Romanus Varro, qui omnium diuinarũ humanarúmque rerum nomina,genera,officia, cauſas, aperuiſſe dictus eſt; cùm temporum deſcriptionem ſibi perficiendam ſumpſiſſet,eorum initium ſic exorſus eſt: Primum tempus, inquit, ſiue habuit principium, ſiue ſemper fuit, comprehendi non poteſt. At verò nos in ſchola tua edocti, & temporum principium,eorúmque decurſum tenemus,& finem intelligimus.Tua igitur, te rogo, vt placidè accipias, & temporum ordines & explicatus ex tuis adytis erutos agnoſcas. Ac ſi quid in his exarandis exciderit ſecus quàm inſtituta ſacra ferant, deleas, expungas, eradas. Chriſtus Dei filius idémq; Deus,Eccleſiæ ſponſæ ſuæ chariſſimæ caſtitatem deffendat,& dignitatem tueatur.Bleſis ab occiduo limite diſsitis, grad.21.ab æquatore, 47.32. anno Chriſtianæ metæ 1582. Meſsiæ nati 1584.Mũdi conditi 5604.Cal.Nouẽb.

DEMONSTRATIONVM CHRONOLOGICARVM
LIBER PRIMVS.

BIBLIOTHEQUE BLOIS

Ante mundi constitutionem quidquid fuit, certum est in luce fuisse.

Anni Mundi.		Anni Christi.
10	INITIVM Temporis. ADAM formatus à DEO, de puluere terræ. vixit annos 930.	4020
20	Mundi vsus sine homine, nullus esse potuit. Et hominum genere, suo tempore sublato, mundus in nihilum redigetur.	4010
30		4000
40		3990
50		3980

Demonstrat.

GENESIS. Cap. I.

PRINCIPIO creauit DEVS Cœlum & Terram: Iussítque vt Lux existeret: Quam secreuit à tenebris. Et has, noctem: lucem, diem appellauit. Tum Cœlo distinxit aquas superiores ab inferioribus, & ab his terram. Quam parere voluit stirpes, herbas, & arbores, in quibus suum inesset semen. In Cœlo autem posuit luminaria, quæ signa & tempora, dies & annos efficerẽt. Voluit præterea vt aqua ederet animantes natatiles, & volucres, quæ supra terram per aërem volarent: eáque fœcundauit. Iussit deinde, vt ederet terra animalium genera, pecora, feras, serpentes. Viditque omnia quæ fecerat esse valde bona. Postremò, Hominem qui toti terræ dominaretur, ad suam similitudinem formauit de puluere terræ, eíque vitalem spiritum inspirauit, eúmque collocauit in horto, vt eum coleret. Tum ad eum adduxit bestias omnes quas è terra formauerat; & aëreas volucres. Quibus cùm Adam nomina imposuisset, eum Deus immisso somno consopiuit, & ex eius costa mulierem construxit, quam Adamo idoneum adiumentum coniugio accommodauit. Vidit enim Deus non esse commodum, vt homo solus esset. Eos itaque fœcundauit, in pisces, volucres, & bestias imperio cõcesso. At posteaquam de arboris fructu vetito comederunt

mederũt, eiecti ſunt ex horto, Euangelio priùs accepto, SEMEN MVLIERIS CONTERET CAPVT SERPENTIS.

Paradiſus. Arbor ſcientiæ boni & mali. Cap. 2.

HORTVS ſiue Paradiſus, in quo fuit collocatus Adam, quæſitum eſt à multis vbi terrarũ eſſet. Nonnulli vniuerſum terrarũ orbem hortum voluptatis faciunt. Sunt qui in India, qui in Meſopotamia, qui extra Zonam torridam ponant: alij alibi. Nec defuere ſtulti, qui in æthere collocarint. Sanè terrarum orbis homini à Deo donatus fuit, vt illius voluptatibus inſeruiret, & in eo poſitus Adamus. Adamum tamen certo aliquo terrarũ loco circunſcriptum fuiſſe oportet: non enim totum orbem impleuit. Nullam autem terrarum partem cum hac voluptate nouit, quam illã in qua creatus & poſitus fuit. Ideo pars illa ſola deliciarum paradiſus meruit nuncupari. Vnde expulſus quidem fuit non ſoli verſione, ſed terræ naturæq; permutatione. Terra enim ante execrationem, paradiſus erat & hortus voluptatis: poſt verò ſpinas ferens & tribulos, laboribus & ſudoribus multis exercenda fuit, vt victum ſuppeditaret: vt meritò regio illa in qua miſerabilis vitæ fuit exordium, & vbi primùm peperit mulier cum dolore, Hauila nominata ſit: Quæ vox dolentem & parturientem ſonat. Sunt enim initio nomina ex rei

Anni mundi.	Lib. I.	*Anni Chriſti.*
60		3970
70		3960
80		3950
90		3940
100		3930

Anni mundi.		*Anni Christi.*
110		3920
120		3910
130	-* Seth filius Adam, na-	3900
140	tus anno patris 130. vixit annos 912. Genes. 5. Abelem occisum fuisse à Caino, anno Mundi 130. natum annos 100.	3890
150	Rabbinorũ traditiones docent, Cainum verò maiorem natu fuisse annis 15. Sed Rabbinorum commentis propter manifesta eorum deliria, tantum tribuendũ est, quantum è scriptis diuinis attulerint. Illud	3880

Demonstrat.

natura imposita. Eiectus itaque Adam eodem loco mansit, sed dispari admodum conditione. Cherubin verò ab Orientali parte horti collocatus, iustitiæ diuinæ administer est, eáq; de causa gladium habet iustitiæ signum, qui flammare dicitur, propter iram diuinã flammæ comparatam, qua primorum parentum facinus, pro eo atque clementia patiebatur, punitum est. Angelis neque gladius, neque flamma citra figuram tribuenda sunt. Paradisus igitur eo loci referẽdus est, quo primum Adamus positus fuit. Nulla porrò terræ pars nulláve regio magis congruere videtur, quàm India. Fuit enim consitus hortus ad Orientem in Eden, hoc est in voluptate siue loco amœnitatis & deliciarũ. Phison fluuius, qui à multiplicando & diffundendo nomen habet, hortum irrigabat. Esse autem Phison Gangẽ Indiæ omnes consentiunt. India verò Orientalis regio omnium beatissima est. Quam qui describunt, omnibus præferunt, tum salubritate, tum vbertate maxima, non plantarum modò, sed animalium quoque omnis generis, auri præterea & lapidum pretiosorum, vt & de Heuila sacra Scriptura testatur. Fauonij flatu, Plinio & Solino testibus, saluberrima est: binas messes, binas æstates in anno habet: medijs inter illa etesijs hyemis loco spirantibus: mare nauigationibus tutum, gentes & vrbes innumerabiles, aromatũ genus omne, arbores altitudi-

ne

ne incredibili. Illic ſaccarea creſcit arundo, dulcia cui nequeũt ſucco contendere mella: illic delicatiſſimæ veſtes in arboribus creſcunt, lana xylina, bombycina tela. Quòd ſi fluminum concurſus & irrigatio requiratur, Aceſines in alueo 20. cubitis altus, ad alios 20. extra attollitur: & omnẽ camporum circa latitudinem longè latéq; inundat, & oppida inſulas efficit, vt Nilus in Ægypto. In Alexandri tranſitu Cophes primus occurrit. Hunc ſecutus Indus, poſt Hydaſpes, inde Aceſines, & Hyarotis, poſtremò Hypaſis ſiue Hypanis. Confluunt autem omnes in vnum Indum, in quem antequã deſcendant, Hyarotis & Aceſines in vnum coëunt. Inter Hydaſpem & Aceſinem interiacet Pori regnũ trecentarum ciuitatum, imprimis opulẽtum. Certè omnium conſenſu, regio ad Aceſinem fœcunditate eximia eſt inſignis. Sed inter cætera vnum habet, cuius ſolius argumento, tutò poſſemus affirmare, in India primò poſitum fuiſſe Adamum. Arborem ſcientiæ boni & mali in medio horto fuiſſe teſtatur Scriptura, cuius guſtu abſtinere iuſſi ſunt primi parentes. At mulier cùm videret arborem, & ad veſcendum accommodam eſſe, & oculis gratam, & ad diſcendum optabilem; ſumpſit de fructu eius, comedítque, & viro ſuo dedit, qui & ipſe comedit. Tum animaduerterũt ſe nudos eſſe, conſertísque ficulneis folijs, fecerunt ſibi ſubli-

Anni mundi.	Lib. I.	*Anni Christi.*
160	conſtat ex hiſtoria ſacra, Cainum pietatem exoſum, veram religionem in Abele oppreſſiſſe. At parricidium vliſcitur Deus. Aliquot tamen Apoſtatæ Caïni familias recenſuit Moſes, quòd in impijs e-	3870
170	tiam refulgeant radij lucis diuinæ. Nam à gentibus incredulis defluxit ad homines multarum artium, & aliarum rerum inuentio, quæ ad communem vitæ vſum maximè valent.	3860
180		3850
190		3840
200		3830

Anni mundi.		*Anni Christi.*
210		3820
220		3810
230		3800
240	* Enos filius Seth, natus anno patris 105. Vixit annos 905. Tum cœptũ est vocari nomen Domini.	3790
250	אָז חוֹחֵל לִקְרֹא בְּשֵׁם יְהוָה׃ Voces Hebræas sic accipiendas esse, vt ipsæ sonant, historia demonstrat.	3780

Demonstrat.

gacula. Deinde audita Dei voce, ex eius conspectu ambo sese in media arbore horti abdiderunt. Hęc arbos non alia esse censeri potest, quàm ficus Indica, visu pulcherrima, fructu magnitudine ciceris ficui simili, eximiæ suauitatis, quæ nascitur ad amnem Acesinẽ, in media India, siue in medio Paradisi: de qua Theophrast. lib. 4. de Plant. & Strabo Geograph. 15. Plinius verò lib. 12. c. 5. sic eam describit. Ficus ibi exilia poma habet: ipsa se semper serens, vastis diffunditur ramis, quorum imi adeò curuantur in terram, vt annuo spatio infigantur, nouámque propaginem sibi faciant circa parentem, in orbem, quodam opere topiario. Intra sepem eam æstiuant pastores, opacam pariter & munitam vallo arboris, decora specie subter intuenti, proculve fornicato ambitu. Superiores eius rami in excelsum emicant, speciosa multitudine, vasto matris corpore, vt 60. passus pleræq; orbe colligant: vmbra verò bina stadia operiant. Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet: ea causa fructum integens crescere prohibet, rarúsque est, nec fabæ magnitudinem excedens, sed per folia solibus coctus, prædulci sapore, dignus miraculo arboris: Gignitur circa Acesinem maximè amnem. Idem Plin. alibi proditum docet sub vna ficu turmas equitum condi. Strabo scribit ramos auctos & iam ad 12. cubitos progressos, reflecti in terram, indéque radices

radices agere, ac rursus excrescentes truncum facere, è quo iterum incremento simili deorsum reflexos, aliam propaginem in terram demittere, & ita aliam & aliam, eodem deinceps modo: ita vt ab vna arbore ingens vmbraculum fiat, tabernaculo multis columnarum ordinibus distincto simile. Nulla arbor alia esse potest, quæ cum historia Mosis magis quadret. In medio est Paradisi, eóq; loco vbi serpentum magna vis ex humore & calore producitur, fructum fert dulcissimum: nec vlla alia duos homines in medio sui abscōdere potest. Tum enim in primo vigore fuerunt arbores, integræ, non exesæ, aut erosæ. Ac disertè Moses ait in medio arboris ambo se abscondisse, ne quisquam putaret post arborem stetisse. Hęc igitur ipsa est arbor, cuius fructum primi parentes degustarunt, è cuius folijs peltatis subligacula consuerunt, sub cuius fornice media sese occultarunt. Nam in ipso esu, apertis eorū oculis, nudos se conspexerunt, ideóque statim folia ficus consuerunt, ad corpus velandū: nempe eiusdem arboris, ex qua fructum decerpserant. Non enim nudos ad aliam arborem contra pudorem & sine vlla ratione confugisse credēdum est. Itaque ficus Indica fuit, ex cuius fructu comederūt, ex cuius folijs corpus texerunt, sub qua delituerunt in eiusdem intercolumnijs. Non potuit esse nostra ficus, cuius in medio nemo se ab-

Anni mundi.	Lib. I.	*Anni Christi.*
260	Cœperunt enim tunc tēporis denominari pij, à nomine Dei, vt hac velut nominis tessera, discernerentur ab impijs. Facta est igitur hominum bipartita diuisio, alijs in cultu Dei manentibus, alijs ab eo de-	3770
270	sciscentibus. Atque hi filij hominum, illi filij Dei vocati sunt. Id quod postea Moses confirmat Genes. c. 6. v. 2.	3760
280		3750
290		3740
300		3730

Anni mundi.		*Anni Christi.*
310		3720
320		3710
330	Kainan nascitur anno patris Enos 90. Vixit annos 910.	3700
340		3690
350		3680

scondere potest, nec folijs eius asperrimis & affrictu sanguinem elicientibus, quisquã vellet corporis tenerrimi partes cooperire, modò aliarũ arborum vlla daretur. Ex quibus consentaneum esse consequimur, Adamũ in India principio collocatũ fuisse, & in India consitum paradisum, inter Gãgem & Acesinem: vbi primum hominũ genus multiplicatũ est, atq; inde ad cęteras regiones progressum. Lusitani qui nostro seculo nauigationes Indicas exercent, asserunt in insula Cori (Zeilanda vocatur ab incolis, varijs frugibus, aromatis, cinamomo, gemmis, & elephãtis abundans) montem præcelsum assurgere, in cuius fastigio sacellum visitur, in quo duo protoplastorum sepulcra mira religione coluntur.

Res ante Diluuium gestæ. Cap. 3.

IN describendo Patrum catalogo, nõ instituit Moses genealogias omnes contexere, aut præclara Heroum gesta, vel impia Tyrannorum facinora ante Diluuiũ gesta recensere. Sic enim breuiter orationem claudit. Et fuerũt Adamo postquam genuit Sethum, octingenti anni, & genuit filios & filias. Similiter in reliquis Patribus. Illos videtur selegisse, à quibus semen promissum proditurum esset. Interim docens in magna hominum turba semper exiguum Dei cultorum numerum fuisse cœlesti pręsidio mirabiliter conseruatum. Bella tamen extitisse testãtur Cai-

Anni mundi.		Anni Christi.
		3670
360		
		3660
370		
		3650
380		
		3640
390		
		3630
400	Malaleel, natus anno * patris Kainan 70. vixit annos 895.	

ni facinora, impietas, atrocitas, parricidium, vrbes ad vim inferendam & propulsandam conditæ. Extat insuper Sibyllę testimonium bellorum per varias ætates ante inundationem gestorum. Ἦσαν δ' ἄρ μύαροι νεκρούθμενοι αἵματι φώτων, ἠ πολέμους ἐποίουν. Item, Καὶ τοὺς δ' ὑσμίνη αἰδεσκτασίαιτε μάχαι τε σωνεχέως ἥλεσκον ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντες. Quæ sic Latinè versa sunt, *-Peruersi sanguine pleni Humano, neq; nõ crudelia bella gerebãt, & Cædibus aßiduis acie pugnáque peribant -Indomitis animis.*

Tempus autem ab initio rerum ad cataclysmum in quinque geneas siue ætates Sibylla distribuit. In prima ætate canit ædificandi artem inuentam fuisse. In secunda mechanicam, agriculturam, nauigationem, astronomiam, medicinam, auguria. In tertia & quarta bella tantum illata, & cruentas hominum strages memorat. Quintam verò prioribus longè deteriorem & intolerabiliorem. Γύγαντας σκολιοὺς μυαεφῶς δυσφημὰ χέοντας. Crescente itaque multitudine & malitia Cainitarum, consentaneum est Adamum paulatim consortium vitiosæ sobolis declinasse, & Cainitis Orientali plaga relicta, in quam post Abelis parricidiũ Cain secesserat, sedes promouisse cum filio Setho, ad Occidentem & Septentrionem, à Gange scilicet versus Indum. Effecítque hæc diuisio vt Setho nati, filij Dei: Caini verò nepotes, filij hominum vocarentur. Quod Enosi tem-

Anni mundi.		*Anni Christi.*
410		3620
420		3610
430		3600
440		3590
450		3580

poribus contigisse ex eo conijcitur, quòd eius ætate homines pij, filij Dei: alij vocati sunt filij hominum. At Caïnitarum imperio longè latéque prolato, coacti sunt filij Dei tyrannorum iugo colla submittere. Vnde sensim commercio cum Caïnitis habito familiaritates intercesserunt, societates initæ, necessitudines coniunctæ, connubia etiam secuta & affinitates. Atque eo modo Caïnitarum consuetudine deprauati in hostium castra transierunt, nomine tamen à parentibus seruato, qui in vero Dei cultu permanserant. Inde nati sunt Gigãtes, Nephelim Hebręis nominati, quorum fama celebris fuit inter homines ab omni seculo.

Gigantes. Cap. 4.

GIGANTES ex eo dici putãt, quòd terra geniti sint, γηγένεις dicti poëtis. Verùm Scythica lingua, ex qua multæ voces ad vicinas gentes dimanarunt, verbi notationem exprimit. Vuijt gehant, extra compositionem is diceretur, qui manus habet longè latéque extensas. Wyt enim vocali longa, significat lõgum & latum. Gehant is dicitur, qui manus habet promptas. Inde compositum Wigant. Quæ vox id passa est quod pleræque aliæ, quæ duplex W initio habẽt, Wilielm. Guillelmus. Wilbert Gilbertus. Sic Wigant effecit Gigant, & Gręca terminatione gigas. Fatentur Gręci, & literas & voces antiquissimas à Barbaris habuisse. Theologiam fabulosam ab Orpheo

Thrace mutuati ſunt. Thracum vetuſta lingua eadem fuit quæ Dacorum & Getarum, cui cōformis eſt Cimbrica & Germanica. Galli voce Gehant vulgo vtuntur, ſed impropriè pro homine monſtroſæ proceritatis. Gigantes igitur non alij ſunt, quàm qui omnia manibus violentis, latéque extenſis agere contendunt: quibus ita confidunt, vt omni ratione iuſtitiáq; poſthabita, ſpreto numine, Cœlo ipſi manus inijciant. Vnde etiam prouerbium ἐν χερῶν νόμῳ. Quicunque igitur manuū lege, populorū gubernationem inuadunt, non ex ratione & æquabili iure, ij Gigantes dicti ſunt, è terra geniti, quia terrenis toti inhiant, nec quidquam habent cœleſte. Ex eadem origine fluxit Tyrannus. Turhant ſignificat per manum, quia διὰ χερῶν νόμον omnia metitur. Sanè Gigātas ſiue Tyrannos ante Diluuium extitiſſe, teſtatur diuinus Moſes: Sed non ea magnitudine qua vulgo putatur. Neque enim Gigantis appellatio vllā corporis magnitudinem ſignificat, nec Hebræorum nomen Nephelim, quo vtitur Moſes, deductum à Naphal, quod cadere eſt: A Cœlo enim ad terram ceciderunt, nempe à mente & ſpiritu, ad terram & ſanguinem prolapſi. Chaldæi Gibaraia loco Nephelim poſuerunt, id eſt potentes. Sic Nembrod potens vocatur Gibbor. ſed potentia venatoria, quæ vi tantum conſtat. Nihil enim faciem Domini veritus, vim ho-

Anni mundi.	Lib. I.	Anni Chriſti.
		3570
460	Iared natus anno patris *Malaleel 65. vixit annos 962.	
		3560
470		
		3550
480		
		3540
490		
		3530
500		

Anni mundi.		Anni Christi.
510	Doctrina de Deo propagata est à Patribus: Ideóq; longissimæ vitæ spatia multis concessa fuerunt, vt essent testes de cõtinuis patefactionibus Dei: de forma, collectione, & defensione Ecclesiæ, & totius do-	3520
520	ctrinæ illustratores. Vt verò Patrum series adnotaretur, opus fuit literis. Ideo & figuras literarũ initio excogitatas esse necesse est. Sed & anni rationem statim initio & cognitam, & traditam esse o-	3510
530	portet, quia series annorum in sacris literis diligenter recitata est: vnde constat scientiam motus astrorum, certè Solis & Lunæ ab ipso mundi exordio excultam fuisse, & numeris comprehẽsam. Alioqui	3500
540	nec anni magnitudo, nec mensium discrimina certa esse poterant.	3490
550		3480

Demonstrat.

minibus non secus atque feris inferebat, Caïno peior, qui præ pudore dicitur fugisse à facie Domini. Nusquã proditum est maiore statura fuisse homines quàm nunc sunt. Memorãtur in sacris, ab egressu ex Ægypto aliquot monstrosæ proceritatis, sed perpauci, cuiusmodi magnitudine visuntur omnibus ætatibus. Nostro seculo reperta est insula Gigãtum, ab ijs qui Occidua maria sulcarũt. Og Rex Basan, quãtus fuerit non expressit Scriptura. Lectus eius 9. cubitos fuit longus, latus 4. Potuit lectus aliquot cubitis longior esse quàm ipse tyrannus. Latitudo autem tantum non communis fuit hominum mediocrium, quanta est hodie lectorum nostrorum, qui ad 4. ferè cubitos lati sunt. Declaratur verò lecti mensura cubito viri, ne quis putet Gigantis cubitum intelligẽdum esse. Fuit igitur Ochus, non maior 7. cubitis. Goliath dicitur fuisse 6. cubitorũ, & vnius palmi; qui tamen inter maximos numeratur. Hęc magnitudo si multorum communis fuisset, neque terrori, neque miraculo fuisset Israëlitis. Eadem igitur fuit hominum & primi seculi & insecutorum magnitudo: paucíque fuerunt primis illis ætatibus, vt & nunc sunt pauci, staturæ illius insolitæ: quæ tamen 10. pedum altitudinem vix vnquam superauit. Fuerint illi quidem, qui Diluuium antecesserunt, vita diuturniore donati; nihil tamen diuturnitas adijcere potuit corporis magnitudini.

dini. Illis enim ſingulari Dei prouidentia, vitæ longitudo conceſſa eſt; quo & genus humanum multiplicaretur, & artes abſoluerentur: ad quarum perfectam cognitionem, præſertim Medicinæ, Aſtronomiæ, & Mathematicarum, multa ſecula requiruntur. Vitã quidem ante Diluuium perduxerunt ad annos 900. 800. 700. At qui poſt Inundationem nati ſunt, eorum nullus ad annum 500. peruenisſe memoratur: & ſenſim deuentum eſt ad 400. 300. 200. Thare exegit annos 205. Abrahamus huius filius, non exceſſit annos 175. Ab exceſſu ex Ægypto pauci annum 100. tranſegerunt. Moſes ipſe apud Dauidem Pſalm. 90. ætatis noſtræ ſpatium terminat ſeptuagenario, aut validioribus octogenario. Certè à Dauidis ſeculo, nihil in hominum ætate immutatum eſſe reperias. Et quamplurimi in dies occurrunt maiores octogenarijs, nonnulli etiam centenarium trãſgrediuntur. Duos ipſi vidimus, qui agreſti manuum labore vitam traduxerunt, alter ad annos 112. alter ad 116. vitæ commodis nihilominus fruentes, mente ſana in corpore ſano. Iam tot ſeculis viuitur ſine vlla ſtaturæ immutatione. Igitur eodem modo & ſeculis priſcis trãſacta eſt vita; cuius lõgitudo corporis magnitudini nihil adiecit. Cornix hominem facilè vincit vitę diuturnitate, nec ideo tamen maius corpus fortita eſt. Proinde ſtatuẽdum eſt Gigan-

Anni mundi.		*Anni Christi.*
		3470
560		
		3460
570		
		3450
580		
		3440
590		
		3430
600		

Anni mundi.		*Anni Christi.*
610		3420
620		3410
630	Henoch natus anno * patris Iared 162. vixit annos 365.	3400
640		3390
650		3380

tas in sacris non pro insuetæ proceritatis hominibus, sed pro tyrānis accipiendos esse, ex ipsius vocis etymo.

Sibylla. Sibyllina oracula. Cap. 5.

EFFATA Sibyllina quorum testimonio vtimur, de Mundi creatione: de Adamo, Noa, Diluuio: de Deo Patre, Filio, Spiritu sancto: de Christo, Virgine matre: de Antichristo, Dei Iudicio, & alijs quæ diuinis oraculis prodita sunt, adeò manifestè canunt, vt suspicio esse possit, Sibyllarum carmina à Christiano quopiam poëtices non ignaro, condita fuisse post rerum euentum. Quî enim fieri potest, vt Sibyllæ Gentibus iudicium & salutem nuncient, multo dilucidius quàm Prophetæ Israëlitis & populo Dei? Num gentes dicemus Deo chariores fuisse populo suo? Deinde qualis Dei instinctus esse potuit in Sibylla, Apolline & cacodæmone afflata? & quis mentis vel à Dæmone, vel à Deo inflammatæ furorem probet, cum in poëmate, tum in Acrostichide, quæ magis artis & industriæ sunt, quam incitationis & motus? vt est apud Ciceronem lib. 2. de Diuinat. Et hæc quidem ita se habere videntur. Verùm multa in contrarium vrgent. Primùm, quis genio suo adeò iniquus fuerit, vt poëmatis laudem & laborem, vnde nominis famam consequi possit, alteri potius quam sibi tribuat? Deinde veteris Ecclesiæ Patres ea pro Sibyllinis agnoscunt, Iustinus Martyr, Clemens, Theophilus Antiochensis

chenſis,Lactãtius,qui antequam Chriſtum agnouiſſet , Sacerdos fuit Capitolinus , eíque fas fuit legere Sibyllina quæ in Capitolio aſſeruabãtur. Euſebius etiam & Auguſtinus Sibyllina citant, & approbant. Sed hi quidem (obijciet aliquis) Chriſto poſteriores fuerunt, & falli potuerunt . Verumenimuero Virgilij , qui Chriſti natales anteceſſit, quarta Ecloga tota Sibyllina eſt. Cicero Virgilio ſuperior,Acroſtichidis meminit,quæ primis verſuum literis contexitur. Quis , quæſo, Acroſtichidis artifici patefecit Ieſum Chriſtum Dei filium , Seruatorem,Crucifixum Regem (quæ vox Ciceronem perculit)in iudicium venturum , multis annis antequam Chriſtus naſceretur? Voluit Deus omnem excuſationis veniam Gentibus præcidere . Neque enim ſolum quod Dei cognoſci poteſt id eis aperuit, dum quæ eius inaſpectabilia ſunt,cuiuſmodi eſt ſempiterna eius potentia atque diuinitas, ea ex mundi creatione patefecit, vt ad Romanos ſcripſit Paulus, verumetiam per Sibyllas. Cur magis demiramur in Sibyllis vaticinium, quas tamẽ Ethnicas & reprobas fuiſſe haud ſatis cõpertum , quàm Prophetiam in Balaamo , Euangelium in Iuda proditore,teſtimonium de Chriſto Dei filio in Ioſepho hiſtorico.Nullam Deus gentem ſuo verbo deſtituit. Primùm enim per ſe allocutus eſt,non ſolum electos Adamum , Noam, Abrahamum , ſed

Anni mundi.		Anni Christi.
660		3370
670		3360
680		3350
690	Methuſalem natus anno patris Enoch 65. vixit annos 969.Mortuus eſt anno Diluuij.	3340
700		3330

Anni mundi.		*Anni Christi.*
710		3320
720		3310
730		3300
740		3290
750		3280

etiam prauos, Caïnum, Pharaonem, Abimelechum. Deinde per Prophetas sanctos, Mosem, Eliam, Heliseum: peruersos, Balaamum, Caïpham, & fortasse per Sibyllas. Postremò, Euangelium patefactũ est per Filium suum Christum, & prædicatum per Apostolos, in quibus fuit proditor Iudas: Et quammulti hodie Euãgelium indigni profitentur & prædicant! Multa quidem ex Prophetis videntur Sibyllæ transtulisse, sed eò magis amplexandę sunt, quod cum Prophetis consentiãt. Nam & ipsi Prophetæ non minoris fiunt, quòd multa ex Mose mutuati sint, & eadem sæpe quæ Moses enunciarint. Sunto quidem clariora Prophetis oracula Sibyllina. Sanè gentibus quæ de Christo prædicta sunt apertiora esse oportuit, quòd Mose & doctrina Prophetica destituerentur. Quæ tamen nobis post res gestas clarissima sunt, ea cùm futura prædicebantur, erant obscurissima. Quis vnquam intellexit, virginẽ fore matrem? Deum nasciturũ ex homine morti obnoxium? Nihil igitur causæ est cur Sibyllina respuamus, aut pro nihilo habeamus, in quibus ea continentur, & prænunciantur tum de Christo, tum de cæteris omnibus ferè rebus, quæ euentu comprobata sunt: atque etiam Deum colere docent, & à falsorum deorum cultu abhorrere. Illud nihilominus nõ inficiamur, Sibyllinis oraculis quæ typis edita circunferũtur; non-

Anni mundi.		Anni Christi.
		3270
760		
		3260
770		
		3250
780		
		3240
790		
		32 30
800		

nulla à Christiano quopiam intermixta videri, cuiusmodi sunt postremi totius operis versus,

Τοῦνεκ' ἀρ' ἡμεῖς ἡ ὁσίης χρειοῖο γενέθλης
Οὐρανίης πεφυότες ἐπικλίμεθα σὺν ἐμοί γε
Μνησὶν εὐφροσύνης ἑορὴ θρησκείην κατέχοντες.
Nos igitur sancta Christi de stirpe creati,
Cælestis nomen retinemus proximitatis,
Lætitiæ memorem seruantes relligionem.

Sibylla, verbi notatione vatem significat, σίος Deus, βολή cõsilium. Decem memorantur Sibyllæ; Chaldæa siue Persica, quæ proprio nomine Sambetha dicta est: Libyssa: Delphica: Italica, mater Euandri: Erythræa: Samia, quæ Phyto vocata est: Cumæa, quæ Erophila & Paraxandra Virgilio: Deiphobe, Glauci filia, quæ Tarquinio Prisco oraculorum libros vendidit 300. Philippeis: Hellespõtina: Phrygia: Tiburtina. Pauciores tamen fuisse videntur, quàm vulgò creditum sit. Nam quę Erythræa vocatur, asserit se nurum esse Noæ, & cum eo euasisse ex Diluuio, & Babylone profectã, vaticinari per Greciam, falsóque ex Erythra natam dici. Docet præterea se iam ardoribus & æuo confectam esse, à tempore consumptum iri, neque semper victuram. Itaq; eius vitæ longitudo in causa fuit, vt quæ vna eadémque esset, plures esse putarentur, quòd ea diuersis locis apparens, plurium speciem præberet. Apud Pausaniam proditum est Erophilen, de saxo quod Delphi ostendunt, oracula canere solitam, eámque Iouis & Lamiæ filiam fuisse, quę viguerit an-

Anni mundi.		*Anni Christi.*
		3220
810		
		3210
820		
		3200
830		
		3190
840		
		3180
850		

te bellum Troianũ, & prædixerit Helenam Spartæ educatum iri, propter quam Ilium euerteretur à Græcis. Sed ipsa non Erophilen, sed Dianam se vocat. Est vbi vxorem se, vbi vel sororem, vel filiam Apollinis esse dicit. Alibi immortali matre, patre homine se natam dixit. Apollinis Sminthei ædituam fuisse tradunt, magnam vitæ partem egisse Sami. Venit & Claron, & Delon, & Delphos. Mors in Troade contigit. Cuius sepulcro incisi sunt Elegi Græci in hanc sententiam.

Illa ego sum Phœbi interpres non vana Sibylla,
Hic quæ marmoreo contineor tumulo.
Vocalis quõdam æternum, nunc muta puella
Heu nimis, heu fati compede pressa graui.
Mercurio tamen & Nymphis sociata quiesco,
Quòd fuerim Phœbo grata furens pretium.

Erythræi antrum in Corico monte ostendunt, in quo natam Erophilen dicunt. Aliam è Cumis Demo appellatam fuisse tradunt, Hebræi Sabbam celebrant patre Berosо, matre Erymanthe genitam, quam alij Babyloniam & Ægyptiam vocant. Itaq; duas vel tres ad summum fuisse colligas. Sambetham quæ Sabba, Chaldęa, Babylonia, Persica, Ægyptia, Libyssa, dicta fuerit. Erophilam, quę Phyto, Delphica, Samia, Hellespõtina, Erythræa, Paraxandra, & Deiphobe. Tertiam Demo, quæ Cumęa, & Tiburtina. Hęc non admodum vetusta esse potest, si Berosi qui Chaldaicam historiã scripsit, filia fuit, vt narrat Iustinus Martyr. Annis enim tantum 250. Christi

natalem pręcedit. Nec esse potest quę cum Tarquinio congressa est, qui annis supra 600. à Christo dissitus est. Non sunt illa Tarquinij quæ Sibyllina habemus. fuerāt enim Latinè conscripta, & incendio consumpta Syllę temporibus, anno V.C. 670. Post incendium Sillanus, Gabinius, & alij ex SC. Erythras profecti, mille versus Sibyllæ Erythrææ summa diligentia conquisitos, in sacrario collocarunt. Quæ similiter incenso Capitolio perierunt, belli Socialis tempore. Tum Augustus sacerdotibus negotium dedit, vt per omnem Samum, Ilium, Erythras, Africam, Siciliam, Italiam conquirerent omnia Sibyllæ carmina, veráq; discernerent, & interpretarentur. Ex postremis potuit excipere Lactantius, quæ scriptis suis protulit. Etsi enim post Augustum non semel conflagrarit Capitolium, Sibyllina tamen seruata fuisse ad Galieni Imper. tempora, quibus in luce fuit Lactantius, Ammianus testatur.

Ακροστιχὶς περὶ Χριστοῦ.

Ἰδρώσει δὲ χθὼν κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσται,
Ἥξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν ὁ μέλλων
Σάρκα παρὼν πᾶσαν κρῖναι, καὶ κόσμον ἅπαντα.
Ὄψονται δὲ θεὸν μέροπες πιστοὶ καὶ ἄπιστοι,
Ὕψιστον, μετὰ δὴ αἰῶν, ἐπὶ τέρμα χρόνοιο
Σαρκοφόρων ψυχὰς ἀνθρώπων βήμασι κείνων
Χέρσος ὁτάν πόλε κόσμος ὅλος καὶ ἄκανθα γένηται.
Ῥίψουσι δ' εἴδωλα βροτοὶ, καὶ πλούτον ἅπαντα,
Ἀργεύων φλέξει δὲ πύλας εἰρκτῆς αἴδαο.
Σὰρξ τότε πᾶσα βροτῶν ἐπ' ἐλευθέριον φάος ἥξει
Τῶν αἰῶν, ἀνόμους δὲ τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέγξει
Ὁππόσα τὰς πράξας ἔλαθεν, τότε πάντα λαλήσει.
Σπίθεα γὰρ ζοφόεντα θεὸς φωσῖ ῥοιν ἀνοίξει,
Θρῆνος δ' ἐν πάντων ἥξει, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων,

Anni mundi.		Anni Christi.
860		3170
870		3160
880	Lamech natus anno patris Mathusalem, 187. vixit annos 777.	3150
890		3140
900		3130

Anni mundi.		Anni Christi.
		3120
910		
		3110
920		
		3100
930	✠ Adam moritur.	
		3090
940		
		3080
950		

Demonstrat.

Ἐκλείψει δὲ φάος σέλας ἠελίοιο καὶ ἄστρων
Οὐρανὸν εἰλίξει, μείωσις δὲ τε φέγγος ὀλεῖται.
Ὑψώσει δὲ φάραγγας ὄλεσι δ' ὑψώματα βεβρῶν.
Τῆλος δ' οὐκέτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται.
Γαῖαν ὄρη πολλοῖς ἔσται, καὶ πᾶσα θάλασσα
Οὐκέτι πλεῖν ἔξει. νῆ γὰρ φρυχθεῖσα κεραυνῷ,
Σὺν πηγαῖς ποταμοὶ δὲ καταχλάζοντες λείψουσιν,
Σαλπίγξ δ' ἐγέρσει φωνὴν πολύθριον ἀφήσει,
Ῥήσσα μύσος μελέων, καὶ πήματα κόσμου,
Ταρτάρεον δὲ χάος τότε δείξει γαῖα χανεῦσα,
Ἥξουσιν ἐπὶ βῆμα θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες,
Ῥεύσει δ' ἐγέρσει ποταμὸς πῦρ ἠδέ τε θεῖον.
Σῆμα δὲ πᾶσι βροτοῖσι τότε σφραγὶς ὁπόσημος
Τὸ ξύλον ἐν πηγῇσι, τὸ κέρας τε πεδέμψυον ἔσται
Ἀνδρῶν εὐσεβέων ζωή, φεύξεται δὲ κόσμος
Τῆδε φωτίζων κλητοὺς ἐν δώδεκα πηγαῖς,
Ῥάβδος ποιμαίνουσα σιδηρέα τε κρατήσει.
Οὗτος νῦν φεύγεται ἐν ἀκρεσίαις θεὸς ἡμῶν
Σωτὴρ ἀθάνατος βασιλεὺς ὁ παθὼν ἐνεκ' ἡμῶν.

IVdicij signum tellus sudoribus edet,
Exq; polo veniet Rex tẽpus in omne futurus.
Scilicet vt carnẽ omnem, vt totũ iudicet orbẽ,
Vnde Deum fidi diffidentésque videbunt,
Summum cum Sanctis in secli fine sedentem,
Corporeorum animas hominũ quo iudicet, olim
Horrebit totus cum densis vepribus orbis.
Reijcient & opes homines simulacráque cuncta.
Incendétque fores angusti carceris Orci,
Sanctorúmque omnis caro libera reddita, lucem
Tunc repetet, semper cruciabit flãma scelestos.
Vtque quis occultè peccauerit, omnia dicet,
Sub lucémque Deus reserabit pectora clausa.
Dentes stridebunt, crebrescent vndique luctus,
Et lux deficiet, Solémque, nitentiáque astra.
Inuoluet cælos, & Lunæ splendor obibit.
Fossas attollet, iuga deprimet ardua, montes,
Impediétque nihil mortales amplius altum.
Longa carina fretum non scindet, mõtibus arua
Ipsa æquabuntur, nam fulmine torrida tellus
Vnáque & sicci fontes & flumina hiabunt.
Sidereísque sono tristi tuba clanget ab oris,
Stultorum facinus mœrens, mundíque dolores.
Et chaos ostendet, & tartara terra dehiscens,
Regésque ad solium sistentur numinis omnes.
Vndáque de Cælo fluet ignea, sulphure mixto,
Atque omnes hominis signum præsigne notabit

Tempore eo lignum, cornu peramabile fidis,
Oppositus mundo casus, sed vita piorum
Respergendo lauans duodeno fonte vocatos.
Compescétque pedo ferrata cuspide gentes.
Rex tibi nunc nostris descriptus in ordine sūmo
Versibus, hic noster Deus est, nostræque salutis
Conditor æternus, perpessus nomine nostro,
Sanguine per crucem profuso crimina tollens.

✠ Ambulauit Enochus coram Deo, peruersos sæculi sui mores aspernatus. Fide autem à Deo translatus est, ne videret mortem. Hebr. 11.

In huius raptu pręclarum specimen editum fuit immortalis vitæ, quo animi sanctorum certa fiducia erigerentur, & mortis terror, qui eorum auribus insonabat, hoc solatio mitigaretur. Fuit autem Enochi transitus, qualis aliorum hominum futurus erat, ante peccatum: placida nempe lætáque

Anni mundi.	Lib. I.	*Anni Christi.*
960		3070
970		3060
980		3050
990	✠ Enoch in Cœlum translatus. ✠	3040
1000		3030

Anni mundi.		*Anni Christi.*
		3020
1010		
		3010
1020		
		3000
1030		
		2990
1040		
	✠ Seth moritur.	2980
1050		

Demonstrat.

ex hoc mundo migratio. Ex Enochi scriptis, Iudas Apostolus hoc vaticinium citat; Vēturus est Dominus cum suis sanctis legionibus, vt in omnes iudicium exerceat: omnésque eorum impios conuincat, omnium quæ patrauerint impiè factorum, omniúmque quæ contra eum atrociter dixerint sontes impij. Literarum vsum ante Diluuium viguisse, Enochi vaticinio comprobatur.

Chronolog.

Noa, Prometheus, Deucalion, Ogyges, Hercules, Saturnus, Osyris. Diluuium. Cap.6.

NOAH multa & diuersa nomina apud Græcos & Latinos sortitus est, vnde non pauci errores in historia manarunt. Gigantes & illusores impij, cùm illum Arcam moliri cernerent, omniúmque animantium interitum prædicere audirent, nisi resipiscerent, Prometheum ironicè nominarũt: atq; etiam cauillati sunt, Vulturem in visceribus alere cor eius depascẽtem, atque hunc illi tortorem esse datum à Ioue: propterea quòd diceret totum orbem vndis obruendum, quasi omnem ignei elementi vim Ioui surrepturus esset, huiúsque furti non patrati quidem, sed cogitati pœnas pendere. Caucasoverò alligatũ dicebant, quòd ad Caucasi radices Arcam machinaretur, operi assiduè incũbens. Hos sarcasmos cùm post cataclysmum posteri Noæ vulgassent, Promethei fabulæ occasionem dederunt. Quæ à Poëtis postea veræ historiæ ignaris variè tractata est. Prometheum enim Iapeti filium fecerunt, cùm hic illius fuerit. Item Prometheũ à Deucalione separarunt, & hunc illius monitu Iarnacem compegisse dixerunt, aduersus Iouis consiliũ, quo vniuersos mortales perdere statuisset. Atqui vnus idémq; est Prometheus & Deucalion. Siquidem Prometheus fuit ante Diluuium, dum

Anni mundi.	Lib. I.	*Anni Christi.*
1060	NOAH nascitur anno patris Lamech 182. vixit annos 950. nempe 600. ante Diluuium, 350. post Diluuium. Dictus est Ianus à prophanis, à voce Iain, quæ	2970
1070	vinum Hebræis significat. Sed Noæ nomen à quiete, Lamech afflatu diuino imposuit, dicens: Hic nos recreabit à negotijs nostris, & manuũ laboribus, quos exhibet terra à Deo maledicta. Preuidit terram quietu-	2960
1080	ram esse in diebus Noæ. Cessauit enim quandiu Noa fuit in Arca, sed modum & finem non intellexit.	2950
1090		2940
1100		2930

Anni mundi.		*Anni Christi.*
1110		2920
1120		2910
1130		2900
1140	Enos moritur.	2890
1150		2880

Demonstrat.

Arcæ præsidium pararet, licet ironicè ab impijs sic fuerit appellatus. In Diluuio fuit Deucalion, dictus, à nimia humoris copia. δεύεσαι, τὸ ὑπὸ τοῦ διὸς ὕεσαι, à Ioue cõplui. Eique Pirrham vxorem adiunxerunt, quia tum demum homines generare cœperunt, cũ terra ignei elemẽti virtute deficcata fuisset. Quasi homines perinde ex humore & calore nascerentur, atque lapides fiunt ex argilla in fornace decocta, & ideò λαοὶ nominati. Vnde etiam Prometheus è luto & igne de Cœlo furtim surrepto, homines finxisse dictus est. Noah item Ogyges appellatus est, ab οἴγω siue ὤγω τὸ γένος, propterea quod generis humani ianuam aperuerit. Latini Cimbrica voce Saturnum indigetant. Significat enim Saturnus, magnum & potens semen. Sat, semen est: Vr, magnus & excellens: quia de eius semine post Inundationem genus humanum processit. Dictus Hercules eadem ratione. Nam ea voce Scythæ testiculum cõmunem significant. Her, cõmune, siue publicũ, & ad omnes spectans. Herman, monitor publicus. Heralt, Senator. Cul, testiculus. Græci vocem deformarũt in Ἡρακλῆς. Atq; Hercules quidem Prometheũ liberauit. Quandiu Noah cataclysmum prẹuidit, Prometheus fuit. Quandiu grauissimis curis & doloribus cõfectus est, ob futuram omnium hominum submersionẽ, Vulturem intus aluit. Simulatque verò hæc diffugerunt, Hercules esse cœpit, quia aduersis

uersis viriliter superatis, iam de solius ipsius testiculo, tota generis humani cõmunitas pendebat. Hoc modo Hercules Prometheum liberauit, detracta prouidentiæ cura, & translata cõmiseratione ad fortem animum, diuino fœdere cõfirmatum, de semine ipsius, genus humanum reparatũ iri. Hinc Herculis in India res gestæ, vt & Bacchi, & Liberi patris, vt mox dicemus. Quemadmodum verò vnum Noah in plures partiti sunt, ita plura diluuia ex vno cõmenti sunt: vetustũ, Ogygium, Deucalioneum. Nam dum è veteri memoria Diluuij, & aliarum rerum circa id temporis gestarũ mentionem accepissent, alius aliam pro suæ cuiusq; gentis antiquitate inundationem finxerũt: quomodo Bacchum, Herculem, gẽti quisque suę vindicauit. Ac diluuia quidem Ogygium & Deucalioneũ vetusto minora nonnulli faciunt. Sed Pindarus, Virgilius, Ouidius, alijque Poëtæ, qui Deucalionei meminerunt, illud faciũt vniuersum: & Theophilus Alexandrinus Episcopus, Noam à quibusdã vocatum fuisse Deucalionem scribit. Sed Plutarchus eo libro quo docet brutis non deesse rationem, omnem dubitationem tollit. Colũbam enim à Deucalione emissam fuisse, ab ijs proditum refert, qui fabulas scripserunt, ex qua didicit terras exsiccatas esse. Ægyptij vanarum superstitionũ principes, omnia quæ Noæ sunt, Osyridi sui tribuerunt. Eundẽ etiam Nilum, Ammonem,

Anni mundi.		Anni Christi.
1170		2870
1160		2860
1180		2850
1190		2840
1200		2830

Anni mundi.		*Anni Christi.*
1210		2820
1220		2810
1230		2800
1240	✠ Kenan moritur.	2790
1250		2780

Demonstrat.

Dionysium, Serapin, Plutonẽ, Iouem, Panem, Solẽ, nominant: & omnia confundunt, ignorantia veteris historiæ.

Arca, Liber, Bacchus, Bachanalia. Cap. 7.

CVM filiarum pulchritudine capti eligerent quas ducerent vxores homines potentissimi, Sethíque nepotes cũ Caini posteris, affinitate & necessitate iungerentur, vitiáque grassarentur per vniuersum orbem, Deum pœnituit hominem fecisse. Quibus tamen 120. annorum spatium concessit, vt pœnitẽtiam agerent. Noæ iussit vt Arcã extrueret, οἶκον ἀνεμόπτερον vocat Sibylla, qua Noa, vxor, trésque filij, horúmq; vxores, simul & volucrum, quadrupedúmq; genus seruarentur. Ad latus Caucasi, quod Indiam spectat Arcam extructam fuisse, cõiecturis minimè dubijs consequi posse videmur. Siquidem à primis iam sæculis Caïnitæ partes Oriẽtales occuparant: & ab ijs Adamus, Sethóq; nati, secesserant versus Occidentẽ, quo paulatim progressis, occurrit mons Caucasus, ad cuius radices locus maximè idoneus fuit: tum ne pessimorum hominum multitudine turbaretur opus, tũ quo & copia lignorum magna esset & facilis ad euehendam, amnibus ad id seruientibus, in quos arbores deuolutæ citra iumentorum opem, ad locum fabricæ raperentur. Præter loci cõmoditatem Promethei fabula Caucaso alligati, & eiusdem antrum ab Arriano cõme-

moratum, illuc etiam nos adducunt. Potuit autem Noah Cedrinum opus facere, cum Nysæi qui alterã partem habitant, omnia sepulcra cedrinis extruxerint, quæ flamma inuasit in transitu Alexãdri. Qui & ipse non procul eo loco cõstruxit classem. Noa igitur Arcam molitus est, ea magnitudine quã Deus præceperat, ima, altera, tertiáq; contignatione distinctam, necnon loculis & receptaculis instructam: cuius longitudo tenuit sextuplam latitudinem. Planum, terræ iugerum occupauit, & sextam paulo minus iugeri partem. Quod spatium tribus superstructum contignationibus, cum tecto ad trianguli formã fastigiato, satis supérque sufficere potuit ad ea quæ Noa iussus est in Arcam recipere. Sed huc Dei iussum adferamus, quod fuit huiusmodi. Arcã è cedrina materia, eámque loculatam & pice intus foríque illitam, tibi construito. Longitudo pateat 300. cubitos: latitudo 50. altitudo 30. Eam tibi præsidiũ facito, quáq; præscripsi altitudine ad cubitum absoluito: portam in eius latere facito. Arcam infima, altera, tertiáque contignatione distinguito. In terras equidẽ aquarum Diluuium immittam, quo omnia quæ sunt in terris extingantur. Diuinum autem iussum cum Noa executus esset, rursus eum Deus sic allocutus est. Ingredere tu vnà cũ tua familia in Arcã. Ex omnibus quadrupedibus mũdis septena tibi paria mascu-

Anni mundi.		Anni Christi.
1260		2770
1270		2760
1280		2750
1290	+ Malaleel moritur.	2740
1300		2730

Anni mundi.		*Anni Christi.*
1310		2720
1320		2710
1330		2700
1340		2690
1350		2680

lini & fœminini sexus assumito, ex immundis autem bina: ex volucribus septena; vt eorum semen cõseruetur. Sic Noa facere iussus est. Sed vt ἀθεοῖς & sycophantis ansam cauillandi præcidamus, hic operæpretiũ fuerit Arcam ab ipsis fundamentis architectari, ex mensurarum prescripto (quas intra ipsum opus accipiendas esse nemo non intelligit) deinde demõstrare quomodo facilè potuerint animantia cuncta eorúmq; cibaria in Arcam recipi. Primùm 100. trabes perpetuæ, sesquipedales, quadratæ, longæ cubitis 52. æqualibus interuallis collocabantur: duas tamẽ extremas, quæ minora basis latera claudebãt, cæteris crassiores esse oportuit. Has trabes supra infráq; distinebant palmipedalia tigna, incisuris sesquipedalibus ad mediam crassitudinem factis, quibus vtrinq; trabium capita inserebantur, relictis dextra sinistráque trabium proiecturis, in quas arrectariorum pedaliũ, angulariorum verò bipedalium bases, ad 30. cubitos sublimium, securiclatis cardinibus immittebantur. Omnium autem arrectariorum capita supernè cardinatis trabibus concludebantur, quas in extremo quatuor obliquæ 12. pedes longæ sub angulis insertæ, anconésque ferrei reuinciebant. Arrectaria quoque per circuitum forinsecus postes transuersi, trientales, vestiebant. Intrà verò catenationibus præcinctionibúsque arctè continebantur. Oram autem Arcæ su-

periorem validè firmabant, præter latera duo minora, ſeptem compactilia tranſtra, quæ ſpatijs æqualibus in latitudinem procurrebāt, ſupremis trabibus adglutinata, eáque tranſtra 14. columnæ perpetuæ 30. cubitis ſublimes, ſingula binæ paraſtatis duabus ſubnixæ, fulciebant. Super media tranſtra duóq; minora latera, nouem ſcapi altitudine 12. cubitorum attollebantur, capreolis dextra ſiniſtráq; ſuffulti, faſtigij columen excipientes, vnde canterij vtrinq; proclinati extra longiora ſuperioris oræ latera æqualiter prominebant. Atq; his coaſſatio ſuperimpoſita ædificiū tegebat, ipſis ſubgrundis ſtillicidium extra perpendiculum Arcæ propellentibus. Intra ædificium ſupra baſis trabes ſolum beſſali materia contextum fuit, ſupra quod pedamentorum fultura prima contignatio in 8. cubitorum altitudinem attollebatur: hanc ſequebatur mediana, cubitis 12. ſublimis: poſt ſuprema, 10. cubitorum altitudine: Quas & paraſtatæ circa columnas, aliæque fulturæ inferiorum perpendiculo reſpōdentes, ſuſtinebant. His tectum impoſitum, faſtigiatum fuiſſe architecturæ ratio poſcit, quod pluuijs arcendis & reijciendis multò cōmodius eſt camerato, & volucrum generi recipiendo, eorúmq; volatui exercendo, & nidis cōpingendis valdè neceſſarium. Præterea baſis partem imam nauigationi accommodatam fuiſſe par eſt, quod architecti

Anni mundi.		Anni Christi.
1360		2670
1370		2660
1380		2650
1390		2640
1400		2630

Anni mundi.		Anni Christi.
1410		2620
1420		2610
1430	✠ Iared moritur.	2600
1440		2590
1450		2580

prudentię Deus reliquit, vt alia multa. Etenim Deus structuræ mensuram & firmamentum indicauit, quod hæc ab homine comminisci non poterant. De emissarijs ad vrinã & egestus animalium, vel retinendos, vel eijciendos, de forma ad nauigandum apta, de luminibus & fenestris, nihil quidquam præcepit. Hæc enim latêre nõ possunt prudentem patremfamil. Ostium quidem in Arcæ latere collocari voluit, quod ita fortassè cõmodius fuerit ad recipiendum intus animalia. Fenestræ autẽ mentio quam habent Latinæ versiones, nulla est in Hebræis & Græcis. Græca habẽt, Ἐπισωρεύων ποιήσεις τῷ κύβωτον, καὶ εἰς πυχὴν συντελέσεις αὐτῷ ἄνωθεν. Quasi dixerit Deus, Collecta dimensione tibi præscripta, longitudinis scilicet, latitudinis & altitudinis, Arcam absolues ad cubitum: hoc est, vt mensuræ definitæ ne cubitus quidem desit. In Hebræis est tsoar, masculinæ terminationis, ad quam sequentia rectè accommodari non possunt. Nam *thecalena*, hoc est perficies eam, positum est in genere fœminino. Quod si ad tsoar redderetur, debuit esse *thecalenu* in masculino. Potiùs tsoar firmamẽtum & præsidium, quàm fenestram significat, à verbo עָרָה quod est cõcludere, coarctare, munire. Est igitur sensus; Arcam tibi construito, eam tibi firmamẽtum ac præsidium facito, & absoluito ea magnitudine & sublimitate, quam tibi præscripsi, vt ne cubitus quidem

quidem desit. Igitur quēadmodum citra præceptum emissaria facta sunt, & basis forma & figura, ad nauigationē habilis & accommodata: sic non vna modò fenestra(quod plerique omnes asserunt)sed quod opus esse visum est architecto,ita paratæ sunt & tectæ, vt lumen quidem immitterēt toti ædificio,pluuiam tamē admittere non possent. Quod verò postea Moses ait, aperiens Noa fenestram quam ipse fecerat, coruum emisit: non arguit vnā tantum fuisse fenestram, sed eam aperuisse, quam de industria ita machinatus erat,vt posset recludi cùm opus esset. Reliquę enim fenestrę pice & bitumine conglutinatæ fuerant, quæ licet lumen intromitterent,prospectum nihilominus prohibebāt:quia non essent transparentes, fortasse constantes linteis alba cera,sepóq;caprino perūctis. Sanè vitro lapidéve speculari haudquaquam constructæ fuerunt.Si enim pellucidæ fuissent & perspicuæ, nihil opus fuisset emittere coruum de fenestra, ex qua ne sustinuit quidem pius Noa ipsis oculis aquas inspicere,quæ consanguineorum, familiarium, propinquorum,orbisq; totius interitū luctuosum repræsentabant,sed periculū facere voluit in coruo & colūba. Qui fenestram tantum vnam cubitalem faciunt, dispiciant ædificij magnitudinem, cuius embadon terræ iugerum sexta parte superat: cogitent molem 45.pedes sublimem,in tres distinctam

Anni mundi.	Lib.I.	*Anni Christi.*
1460		2570
1470		2560
1480		2550
1490		2540
1500		2530

Anni mundi.		*Anni Christi.*
1510		2520
1520		2510
1530		2500
1540	*Noa iussus est Arcam extruere.	2490
1550		2480

Demonstrat.

contignationes,in plura loculamenta diuisas.Singulis opus fuit lumine,opus fuit aëre, sine quo nec quod spirat ali sustētaríve potest,nec ignis foueri:qui non minùs fuit necessarius,quam aër & aqua.At verò quantum aëris aut lucis infundi potest è cubitali fenestra, quam si vel permagnam construxeris, siue in tecto,siue in contignatione: suprema, media, ima, reliqua domicilia priuata luce & spiritu animantia suffocabunt.Igitur nessariæ fuerūt fenestræ & spiramēta,quibus & lumen inferretur, & aër inflaretur & reflaretur. Potuit quidē sine his Deus animantia seruare:sed idem potuit sine cibarijs quæ Noa iussus est in Arcā importare, potuit & sine Arca.At voluit Arcam ædificari,vt in Arca & cōmuni luce, & vita communi consuetáque, animantia fruerentur. Cubilia porrò & latebræ quadrupedū omnium & reptilium suo cuiq; generi cōmoda,in imo Arcæ pauimento locabātur,assamentis & cancellis cōclusa,ambulationibus in longum trāsuersúmq; dispositis, per quas possent homines facilè cuncta prospiscere,vsuíq; necessaria suppeditare:emissarijs etiā vbi opus fuit relictis,per quę prolaberentur,vel eijcerentur excremēta in sentinam subiectam, quam saburra onustam fuisse par est. In media regione apothecę tabulatis distinctæ annonā omne genus continebant. fœnilia,palearia,frondes,glandes,castaneas,legumina,fruges,farraginem, viciam,

viciam,eruum,& ſimilia: intérq; apothecas ſpatia relicta, quibus ad eas iter eſſet.foramina etiam pręſepijs imminebãt,per quæ pabulum in aliquot diesminiſtraretur animalibus.Quibus potus aliquot epiſtomijs, ſiphonibus, alijsve organis facilè diſpẽſaretur. In ſuprema regione hominũ fuit habitatio. Illic andronitæ & gynecia conſtructa.cella etiam penaria.culina.focus lapideus,lignile,cella carbonaria, horreum frumentis & fructibus refertum. Potuit & locus eſſe clibano, & molis truſatilibus, ſi horum tum temporis vſus fuit.Sed nondũ in vſu fuiſſe clibanum,argumẽto eſt Abrahami factum,qui Genijs prætereũtibus panes ſubcineritios appoſuit. & Plinius longo poſt æuo teſtatur, Romanos non pane,ſed pulte ſiue farre cocto vixiſſe per multos annos.Potuit verò piſcina fieri,ſi piſcibus fuit opus in cibum:ſicut in Hieronis Syracuſani memorabili naue factum fuiſſe Atheneus refert.Et cùm intelligeret Noa aquarũ illuuie omnia corruptum iri,copioſam ſupellectilem, tam ruſticam quam vrbanã, ferramentorúmq; omne genus fabrilium,locis opportunis repoſuiſſe credẽdum eſt.Reliquum ædificij ſpatium inter ſupremam cõtignationem & tectum faſtigiatũ volucres facilè capiebat, nidis & caueis vndiq; diſcriminatum.Horum verò omnium diſtributio ea fuit,vt oneris ratio vbique haberetur: quo ſuper aquis nauigium ferre-

Anni mundi.	Lib. I.	*Anni Christi.*
1560	*Iaphet natus anno patris Noæ 500. * Sem naſcitur biennio	2470
1570	poſt Iaphetum. *Erat enim 100. annorum cùm genuit Arphaxat,biennio poſt Diluuium.* *Cham fuit minimus natu, Gen.1.5.& 10.* *Cham Hebræis Ham ſcribitur, & pronunciatur aſpiratione denſa vel duplici.*	2460
1580	*Hinc Iupiter Hammon, & Iouis Hammonis templum.*	2450
1490		2440
1600		2430

Anni mundi.		*Anni Christi.*
1610		2420
1620		2410
1630		2400
1640		2390
1650	—+Lamech moritur.	2380

Demonstrat.

tur æquo libramẽto: cuius forma longior, oneri ferundo fuit percõmoda. Nec mirum cuiquam videatur quòd trabes perpetuas in Arcæ latitudine cubitorum 52. siue pedũ 78. & in celsitate pedum 45. statuerimus: quasi ad id magnitudinis materia vix inueniatur. Discat ex historia arbores in quibusdã insulis ad 144. pedes adolescere. Trabs in Cypro succisa est ad Demetrij vndeciremem, longa 130. pedes, crassa ad trium hominum cõplexum. Aliam è larice Tiberius Ponti naumachiario iunxit ad miraculum, pedes longam 120. crassitudine bipedali. Sed abietes hodie frequentes in mõtibus visuntur 80. pedib. altiores.

Iam verò demonstremus quomodo omnium quæ sunt in terris animãtium genera, cum annuo singulorũ alimento, Arcæ magnitudo capere potuerit. Hoc vt facilius intelligatur, vniuersa bruta, in tria genera maximè nota cõparatione distribuantur; nimirum in boues, oues, & lupos. Terrestrium autem omnium, maximum est Elephas, boue maior quadruplo, vt autor est Aristoteles. propterea elephãtes duo ratione magnitudinis atque victus æstimabũtur boues 8. Vri in Hercinia sylua magnitudine sunt paulo infra elephantes. Itaque duo æquabunt 6. boues. In ea sylua bos est vnicornis. duo bobus duobus ponantur æquales. Camelus Arabicus, Bactrianus, Dromeda, Camelopardalis, Rhinoceros: singula

gula bobus duobus æſtimentur:ita vt paria quinque valeant 20 boues.Monocerotes 2.Biſontes 2.Bubali 2.Bonaſi 2.Oryges 2.Tarandi 2.Equi pennati ſiue Pegaſi 2. Struthiocameli 2. Boues Indici ſiue vnicornes 2.domeſtici boues 7.At cerui 7.æquabũt boues 4. Tragelaphi ſiue Hircocerui 7. ſimiliter valebunt 4.boues. Hippelaphi 2. Equi domeſtici 2. Equi feri 2. Hippardia 2.Hippopotami 2. Aſini 2. Onagri 2.Aſini Indici vnicornes 2.Vrſi 2.Sues 2.Apri 2.In quibus nõ apponitur æſtimatio, ea pro pari boum ſumenda ſunt. Omnia proportione reſpondẽt paribus boum 49. Sed vt ſuppleatur quod omiſſum fuerit,ſexaginta boum paria cõputentur. Oues porrò tum feræ,tum cicures,quoniam eas mundas facimus, ſeptenarium quater explebũt,hoc eſt oues 28.Capræ,Capreæ,Rupicapræ, Ibices,Oryges pilo contrario veſtiti,Damę, Pygargi,Strepſicerotes:omne caprinum genus immũdum,æſtimatur ad oues 30. Simiarum genus, Simia, Cœbus, Cynocephalos,& huiuſmodi, ponãtur pro 10. ouibus. Lepores vulgares, Lepores candidi,Daſipodes, caniculi domeſtici,Cuniculi feri,Meles, Sciuri, Glires, Mures,Talpę,Herinacei,Hiſtrices,minuta hæc animalia à lepore numerata, valeant oues 4.Summa ſupradictorum creſcit ad ouium paria 36. ſed in ſupplementum valeant 40.Nunc ad Lupũ

Anni mundi.		*Anni Chriſti.*
		2370
	* Mathuſalem obijt.	
	* DILVVIVM.	
1660	* Arphaxat natus anno patris Sem 100. vixit annos 438.	
		2360
1670		
		2350
1680		
		2340
1690		
		2330
	* Sela filius Arphaxat natus anno patris 35. vixis 433.	
1700		

Anni mundi.		Anni Christi.
1710		2320
1720		2310
1730	* Heber filius Sela, natus anno patris 30. vixit annos 464.	2300
1740		2290
1750		2280

Demonstrat.

qui notissimus est, carniuora referantur. Leones, Pardi, Leucoorutæ, Calæ, Serpentes Indici, Boæ: horum singula paria lupis 4. æstimata, reddunt lupos 24. Tauri cornua habentes mobilia, 2. Manticoræ 2. taxentur lupis 12. Pantherę, Tigrides, Lupi, Lupi canarij, Lupi ceruarij, qui & Thoes dicuntur, Chai, Cephæ, Lynces, Sphinges, Crocutæ, Axes ferę, Vituli marini: duo pro totidem lupis, cumulabunt 24. Laraces 2. Fibri 2. Satheria 2. Satyræ 2. Lutræ 2. valeant lupos 2. Hyenæ, Lycaones, Vulpes, Feles, Ichneumones, Viuerræ, Mustelæ, cùm modico sint corpore, horum paria 7. ponantur pro 2. lupis. Summa facit luporum paria 32. Sed in supplementum ponantur paria 40. Paribus autem singulis ad victum quatridui, ouis vna statuatur. Itaq; pro omnium cibarijs oues 10. singulis diebus absumãtur: quę in annum faciunt 3650. Omnium brutorum terrestrium summa est, Boum 120. Ouium 3730. Luporũ 80. Quæ quomodo stabulari queant in ima Arcę regione, hîc nobis inspiciendum est. Pedis longitudo nota est. Pes quidem Gallicus, Romano paulò vberior est: Sed Gallicũ è summa vetustate sumptum fuisse credendum est, & Græco æqualẽ cuius magnitudinem hic adpinximus, in sex vncias distributam: qui triplicatus, cubitum cõstituit. Arcę longitudo 300. cubitorum, ducta in latitudinem 50. efficiet embadon 15000. cubitorũ: quod omnia

SEMIPES GALLICVS.

omnia bruta terrestria facilè recepit. Etenim brutis maioribus ad 60. boum paria æstimatis potuerunt stabula 60. collocari, per Arcæ longitudinem, singula quinque cubitos longa, lata 4. Primus autem stabulorum ordo statuatur in latere portæ opposito, totam longitudinem occupans. Altero deinde ordine minorum animalium paria 40. totidem sepimentis inclusa fuerint, ternorum in longum & latum cubitorum, in Arcæ dextra parte. Sinistra verò locentur similiter 40. carniuororum paria, quorum latibula teneant singula 4. longitudinis Arcæ cubitos cum triente: tres verò latitudinis. Itaque restabunt ex Arcæ longitudine cubiti 6. ad constituendum iter inter dextram sinistrámque stabulationem, quo itum est ad stabula primi ordinis, qui à secundo separandus fuit via tres cubitos lata: vt iam latitudinis Arcæ cubiti 10. occupati fuerint, & restent 40. in quibus recipientur oues cibariæ 3650. His tertius stabulationis ordo tribuetur, secundo coniunctus, ad quem ab Arcæ latere quod portam habet, via relinquenda est, quinque cubitos lata, qua per Arcæ longitudinem facilis ad omnia latibula pateat accessus. Relinquũtur latitudinis Arcæ cubiti 35. qui in 294. cubitos longitudinis ducti, reddunt cubitos 10290. spatium multo laxius quàm opus sit ouibus 3650. distributis siquidem 10290. cubitis, in oues 3650. singulis obuenient ferè terni cubiti. His autem quæ gregatim viuunt, nec disso-

Anni mundi.			Anni Christi.
	Phaleg filius Heber natus ann. patris 34. * Vixit annos 239. Huic nomen indi-		2270
1760			
	tum est à terræ diuisione, quæ facta est in eius diebus, sub eius exortum in linguarum confusione. Gen. c. 10. 11.	NEMBRODVS	2260
1770			
		Regni Assyriorum fundator.	2250
1780			
	Reu filius Phaleg, natus anno patris 30. * Vixit 239.		2240
1790			
			2230
1800			

ASSYRIORVM Monarchia.

Anni mundi.			*Anni Christi.*
1810			2220
1820	Sarug filius Reu, * natus anno patris		2210
1830	32. Vixit 230.		2200
1840			2190
1850	Nachor filius Sarug, natus anno patris 30. Vixit annos 148. *	* 3. Belus Rex Af.	2180

Demonstrat.

ciari facilè patiuntur, non opus est multis loculamentis, sed caulæ duæ sufficient, dextra sinistráque locatæ. Quocirca regio Arcæ infima cuncta laxè animantia terrestria potuit recipere, præter multa ad victum spectantia, quæ in tabulatis supra animantium sepimenta dispositis potuerunt asseruari. Quæ tamen in secunda regione facillimè recondi potuisse, nunc nobis demonstrãdum est, vt locus imæ regionis à stabulorum sepimentis vacuus, relinquatur liberiori animalium respirationi, & exhalationi vaporum, quos excitant excrementa conclusa. Cibaria carniuororum, quæ ad oues 3650. æstimata sunt, hîc repetere necesse non est, cùm ea iam collocata sint in ima regione, tertio stabulationis ordine. Sed earum pastus aliorúmque animalium, præterquã carniuororum locus quærendus est. Atque hic animaduertendum oues cibarias 3650. decade in dies decrescere. Ideóque consumptarum cibus ab anni summa deduci debet. Quo fit, vt oues 3650. non plus impendant in annum, quàm oues eodem semper numero 1820. vt progressio logistica docet. Ouibus 1820. iunge 80. quæ seruantur in propagationem, facies summam 1900. Ponamus autem quinque ouium pastum vnius bouis alimentum æquare: ita oues 1900. supplebunt vicem 380. Sed concedamus esse 400. boues, eósq; per annum pascendos fœno pratensi, quod multo plus loci occupat, quam ordeum, auena, vicia, cæteræque fruges.

fruges. Scribit Columella, quod experientia etiam testatur, Ianuario mense singulis bobus in cibum diurnum fœni pondo 30.satis esse. Martio & Aprili, quia terra proscinditur, pondo 40. Sed bobus reclusis qui otio & quiete pinguescunt,sufficerent in diem 20.pondo. Veruntamen, vt contentiosis satisfiat, dabimus pondo 40.hoc est vncias 480. Habet enim pondo siue libra, vncias 12.Fœnum porrò compressum,sicut solet in magnis fœnilibus condi, postquam exaruit, si quis dimetiatur, comperiet mensuram cubiti solidi, pauloplus quam fœni pondo 40. continere. Boues igitur 400. totidem cubos pastu diurno vorantes, absument annuo spatio cubos cubitales 146000. At media regio longa cubitos 300. lata 50.sublimis 12.dabit solidum cuborũ 180000. Remanent cubiti vacui 44000. Ex quibus consequens est, hanc contignationem non solum sufficere,sed etiam vberiorem esse, & laxiorem omnium bestiarum alimentis. Suprema contabulatio hominum habitationi attributa, nihil habet dubitationis. Tecti verò fastigium ad cubitos tantum 12.excitatũ est,quod ea tecti inclinatio satis sit ad pluuias dextra sinistráque propellendas. Æquilateri trianguli forma quæ nonnullis placuit, longius ab Arcæ forma recedit, quę quamuis aquas celerius deijciat,minus tamen Arcæ necessaria fuit tanta tecti altitudo, quippe quod ad breue tempus parabatur. Cubiti verò 12.altitudi-

Anni mundi.			Anni Christi.
1860		Syriorum regnauit anno 65.	2170
1870			2160
1880	* Thare filius Nachor, natus anno patris 29. vixit annos 205.		2150
1890			2140
1900			2130

Anni mundi.			Anni Christi.
1910		Ninus regnauit an. 52.	2120
1920			2110
1930			2100
1940			2090
1950			2080

Demonstrat.

nis, in 300. longitudinis, & 50. latitudinis ducti, solidum triangulare constituunt cubitorum 9000. Quod spatium nemo negauerit volucrum nidulationi & volatui, quo exerceri gaudet hoc animalium genus, plus satis sufficere. Igitur euidenter demonstratum esse putamus, cuncta animantia terrestria, & aëria, cum suis alimentis, in Arca laxe recipi potuisse.

Arca igitur Dei mandato extructa, aquarum vi in sublime elata est, & ventis Austrinis ad Septẽtriones propulsa, donec contrario Aquilonis flatu ad Meridianam plagam relata, stetit in Paropaniso. Quod ex historia sacra colligimus, quæ narrat Arcam in montibus Ararat primum cõstitisse: Deinde liberos Noæ cùm ab Oriente discederent, nactos esse campum in terra Sinnear, vbi cõmorati sunt. Arca igitur substitit in Oriente, vnde longa profectione per cõtinua montium dorsa pascendo commorandóque peruenerunt filij Noæ ad campos Babylonios. Si enim retro legamus iter per mõtes versus ortum, primum eos ascendemus qui Susianæ, deinde Persidis, mox Carmaniæ, post Drangianæ lateri Septentrionali incumbunt: quibus superatis, ad Paropanisos perueniemus, quos Ptolomæus scribit Caucasios propriè nominari. Ad hos credibile est Arcam resedisse. Est enim Caucasus Asiæ mons altissimus & longissimus, variarum gentium domicilia continens, variáque diuersis in locis nomina sortitus. Quæ Plinius

nius lib.5. cap.27. diligenter persequitur. à quo totus mons, Taurus appellatur. Sed nomen hoc nonnullis etiam partibus tribuit. Arrianus Caucasum nominat. Sed Ptolemæo propriè Caucasus est inter Paropanisum & Imaum, vbi altissimus assurgit: & ab Arriano ea parte caluus esse dicitur, quòd totus glacie sit obsitus. Vnde Plinius Graucasum Scythica voce appellari refert, quod sit niue cãdidior. Sed Graugasus verius diceretur. Graugas, Scythico vel Cimbrico sermone, canam viam notat. & Scythæ fortasse Grauglasum vocauerunt. Est enim glas, vitrum. Hinc Alpium cana cacumina glasbergen appellantur, montes vitrei. Sed & Paropanisus è loci natura sic vocari etymon docet. Phar, remotum: op, superius vel ascensum: an, ad siue propinquum: is longa vocali, glaciem significat. Composita dictio paropanis, est remotus ascensus ad glaciem. Illos porrò qui montes Ararat in Armenia ponunt, errare perspicuum est. nec Gordiei esse possunt, quibus Ptolemęus 75. partes longitudinis ab Occidente tribuit. Sennaar verò siue Babylon ab Occidẽte recedit totis 79. grad. Vrsam spectans quinque gradibus inferiorem, quàm Gordiæi montes: vt qui à Gordiæis Babylonem peterent, à Septentrione aut Circio potius quàm ab Oriente proficisci dicerentur. Nicolaus Damascenus apud Iosephum montem Barim nominat, in quo Arca stetit: eúmque in Armenia collocat, vulgarem

Anni mundi.	Lib.I.		*Anni Christi.*
			2070
1690		+ 4	
			2060
1970		Semiramis Regina annis 42.	
			2050
1980			
			2040
1990			
			2030
2000	+ Phaleg moritur. + Nachor morit.	* Za-	

Anni mundi.			Anni Christi
			2020
	+ Noa moritur.	1 Zameis Nemias	
2010	* Abraham natus anno patris 130.		
	Erat enim annorum 75. cùm pater excessit, exactis ann. 205. vixit 175.	R. ann. 18.	2010
2020	* Sara nascitur. Erat enim annorum 89. cum Abrahamo an-		
	num agenti 99. Circuncisio mandatur. Genes. 17.		2000
	+ Reu moritur.		
2030			
			1990
2040		* 6	
			1980
		Arius regnauit ann. 30	
2050	+ Sarug moritur.		

Demonstrat.

errorem sequutus. Illis aduersatur cosmographica demõstratio, atque etiam Moses ipse, qui filios Noæ ab Oriente profectos, Babylonem appulisse non obscurè scribit. Baris tamen Cimbrica vox esse apparet: & parti Tauri montis imposita, quæ plurimum glaciei habet. Is enim glaciem significare diximus: Bar, purum notat: vt Bargelt, pura pecunia. Sic Baris congruit cum Paropaniso, vndecunque Damascenus hoc nominis hauserit. sed in eo fallitur, quod Barim in Armenia collocat. Paropaniso proxima est regio Margiana, vitium adeò ferax, vt imum truncum vix duo homines complecti queant. Q. Curtius in ea regione Nysam locauit, in cuius monte, Mero nomine, exercitus Alexandri totos 10. dies epulis vino & corollis Deo operatus est. Arrianus ad Paropanisadas non solum Nysam refert, sed Promethei etiam antrum: vt dubium non sit & Promethei & Liberi patris fabulas ad Noam referendas, qui in ea regione vsum vini reperit. Omnia verò Bacchanalia, eorum ritus & ceremoniæ, à Noæ ebrietate originem sumpserunt. Dictus est Liber à Ianigenis, id est populos in lucem producens. Bar enim Scythica lingua, pario significat: & ad viros etiam refertur. Li, populi. Liber, est populorum procreator. Non igitur à libertate dictus. Noa Indus erat. Diodorus Dionysium omnium antiquissimum facit, & apud Indos natum. Dictus est Hyes, & Hyeus, à cataclysmo.

clysmo. vnde Hyades Bacchi nutrices à pluuia. Quod ad illud ferè tēpus Arcam sit ingressus, quo Sol Hyadibus coniungēdus erat. Bacchus à vitis cultura. Bacvas potorium, poculum: Got, Deus. Bacgot, poculorum Deus. Hinc Gręcis Βάκχος, cui deinde varia imposita nomina.

Scythismus. Babylon. Monarchia. Cap. 8.

ARCA ad eum fermè locum reuecta, vnde ab aquis & ventis fuerat sublata, Noa Deo liberatori sacrificijs peractis montana incoluit: nimirum Margiana, Nysæa, Bactriana, Sogdiana, vicináque Scythica: non ausus aquarum horrore qui illius animo insidebat, vallibus & planiciei se committere. Retinent autem ea loca Scythicas appellationes. Nysa enim quæ vinum protulit, à libando dicta est. Nutten siue nutsen & elisione t, nusen libare est, & sobriè cum reuerentia degustare ad vtilitatem & necessitatem, id quod vsum vini ostendit. Merum, à monte Mero dictum est, & inde Bacchi de femore nascentis fabula, quia μηρὸς Græcis femur significat: Qui etiam Win, dixerunt οἶν, quia respuunt digamma Æolicum W, vel F. addiderunt tamen Gręcam terminationem οἶνον: vt Latina terminatio adiecta, fecit Vinum. Margiana vel à limite Marc appellata, quod illa regio limes & terminus esset Scytharum ad Occidentem: vel potius à medulla. Marg enim medulla est, quæ regionis fertilitatem indicat. Fuit enim vitis optimæ adeò ferax, vt

Anni mundi				Anni Christi
2060				1970
2070			* 7	1960
2080	Abrahamo in Mesopotamia, ante quàm ♁ venisset Charras, Deus iussit vt pa-		Arabius R. ann. 40.	1950
2090	♁ Thare moritur.	tria excederet. Tum è Chaldæa Charras Abrahamus se contulit. Inde eum, patre mortuo,		1940
2100	* Ismaël nascitur. ♁ Arphaxat mor.	Deus in Chananeā transtulit. Genes. 21. Act. 7.		1930

Anni mundi.			*Anni Christi.*
2110	Isaac nascitur anno patris 100. vixit annos 180. Abrahami	* 8	1920
2120	semini seruitutis anni 400. inter extraneos præstituti sunt.	Xerxes, qui & Balaneus, regnauit	1910
2130		annos 30.	1900
2140		* 9	1890
2150	Sara annis 127. exactis, sepulta est in Ephronis fundo, empto siclis 400. *ISAAC quadragenarius, Rebeccã ducit vxorem.	Armathrites regnauit an. 38.	1880

Demonstrat.

truncus inferior à duobus viris vix cingi potuerit, racemos ferens duorum cubitorum, authore Strabone. Eiusdem sortis Bactriana fuit, quòd locuplete fide panem redderet, & frumentum copiosum produceret. Bac, panem facio significat: Bec, panem: tru, fidem. Sogdij montes, à lactis & pecudum lactantium copia nomen traxerunt. Sog, lac exuctum: Dun, montis nomen, generale est. Sunt igitur Sogdij montes, à quibus plurimum lactis exugitur. Sed & mons ipse Taurus, vox Scythica est. Tau, paro vel efficio: Ru, omnem aquam defluentem significat. Vnde Græci ῥῦς & ῥέω mutuati sunt. Tauru, est opifex, siue factor fluminum: plurima enim & maxima flumina mons Taurus effundit. Hæ locorum appellationes vetustæ, Scytharum antiquitatem testantur, penes quos initio iustum imperium fuisse par est: vt non ab re tradiderit Epiphanius, tempus ab egressione ex Arca, ad præputium ab Abrahamo positum, Scythismum appellari. Vnde enim ætatis appellatio potior, quàm ab ijs à quibus leges vitæque instituta, & ius petendum fuit? Fuerunt Scythæ nepotes Iapeti, cui stirpis amplitudo ex voto patris obtigit. Itaque pars Asiæ quæ à Tauro & Amano montibus ad Tanaim vsque protenditur, totáque Europa, cessit Iapetidis. Cæterùm Noæ proles breui tempore in immensum creuit. Fuerunt enim longæui, corporibus validis, & integris viribus, vxores fœcundissimæ, quæ persæpe

pe geminos & tergeminos ediderunt. Anno igitur ab aquis ferè cẽtesimo, permulti ex Noæ liberis cùm ab Oriente discederent, vel quòd multitudinẽ regio non caperet, vel quòd tæderet montanæ & duræ vitæ, in lætissimos & fœcundissimos campos deuenerunt. Vbi loci amœnitate & fertilitate allecti, vrbem & turrim quæ fastigio Cœlum attingeret, ædificare instituerunt, quo famam sibi compararent. At Deus ventorum vi & turbinibus, turre disiecta, vt Sibylla canit, sermonem confudit, illósque per omnes terras dissipauit. Ideóque omissa est vrbis constructio, quæ à confusione Babylon est appellata. Vrbem longo post æuo Nabuchodonosor amplificauit, & cinxit triplici muro, vt autor est Berosus Babylonius, Græcos vanitatis arguens, qui à Semiramide constructam scriptis suis falsò prodiderunt. Itaque à Noæ nepotibus diuisi sunt gentium insularum fines, & iuxta suam cuiusque linguam variæ propagatæ sunt variarum gentium nationes, anno vt apparet natiuitatis Phaleg: qui nomen ab ea diuisione sortitus est. Atque hoc fuit coloniarum deducendarum initium. Primus post Cataclysmum, Nembrodus, Chami nepos, Chusi filius, fines suos excessit, vt testatur historia sacra, bello finitimis illato: Id quod Iustinus alijque historici Nino tribuunt imperitè. Nembrodus enim mox à dispersione imperium arripuit, regni caput constituit Babel, Erech (quæ est Edessa autore Hie-

Anni mundi.			Anni Christi.
2160	→ Sem moritur.		1870
2170	Esaus & Iacobus ** nati anno patris Isaaci 60.		1860
2180	Vixit Iacobus annos 147.	Belochus Priscus regnauit 35.	1850
2190	→ Abrahamum vita functum cùm annos compleuisset 175. sepelierunt Isaac & Ismaël in Ephronis fundo. → Heber obijt.		1840
2200	Gen. 25.		1830

Anni mundi.			Anni Christi.
2210			1820
2220		* 11. Baleus regnauit 52.	1810
2230			1800
2240	+ Ismaël moritur.		1790
2250			1780

Demonstrat.

ronymo)Acad,& Calne. Vnde egressus in Assur, quæ Assyria est, ædificauit Niniuen, & alias vrbes, regnúmque Assyriorum fundauit. Monarchiam hanc adusque Sardanapali interitum stetisse per annos 1360. Diodorus è Ctesia prodidit. Incurrit hoc tempus, à Sardanapalo extincto retro numeratum, in annum 24. ætatis Phaleg. Cum Ctesia consentit Callisthenes, qui vt Simplicius retulit, conquisitis Chaldæorum monimentis, historiam reperit annorum 1903. Quos si ab Alexandri obitu in anteriora persequaris, peruenies ad annum ætatis Phaleg 28. Sub hæc tempora, potuit Nembrodus Niniuen condidisse, Ninum &Ninam appellatam ab historicis, qui Assyriorum imperium auspicantur à Nino, eúmque Niniues conditorem perperam faciunt. Verius à Nina vrbe Ninus dictus est, Nembrodi filius, vel nepos: vel vrbem à se conditam Nembrodus de nomine filij Niniuen appellauit, vt Henochia condita & appellata fuerat à Caïno, de nomine filij Henoch. Etenim Ninum aiunt significare filium: & Niniuen, Nini siue filij domum & habitationem. Iustinus historicus Assyriæ imperium stetisse narrat annis 1300. qui numerus ad vnguem tempori congruit quod à Belo ad Sardanapalum sublatum posuimus. Nino siquidem Belum Assyriæ caput præposuit Eusebius. Sed verius Moses, qui Nembrodum regni principem constituit. Ctesias 30. reges Assyrios memorat

memorat adusque Sardanapalum. Sed neque horum nomina, neque quanto quisque tempore regnarit, explicat, quia nihil præclari gesserint. Eusebius non 30. tantum, sed 36. nomina Regum edidit, à Nino ad Sardanapalum. Ex quibus perspici potest, Ethnicos non ignorasse tempora delapsa, vel à Diluuio, vel ab initio Monarchiæ Assyriorum, quam vetustissimam & primam faciunt. Quæ non aliunde consecuti sunt, quam ex Imperiorum & Monarchiarum annalibus. Sic Varro à Cataclysmo ad primam Olympiadem, recenset annos ferè 1600. Abundat numerus 10. tantum annis. sed eos eximit particula ferè. Bellè igitur cum historia sacra conuenit profana. Ægyptij quidem quorum iam ab Abrahami sæculo celebris potentia fuit, de originis antiquitate certarunt cum Assyrijs. Sed enim Chami filium Misraimum (à Chamo siquidem ortum habuerunt Ægyptij, Æthiopes, & vicinæ gentes) statim à linguarum cõfusione regnum Ægyptium condidisse par est, nec mitiorem tyrannum fuisse Nembrodo, fratris filio. Verùm Ægyptiorum antiqua monimenta funditus interierunt, præter pauca ab Herodoto & Diodoro prodita, fabularum mendacijs mirè deformata, vt & Assyriorum, ex quorum tabulis supersunt tantum nuda Regum nomina, & tempora, quibus illi continua serie imperio præfuerunt. At verò non solum in Assyria vel Ægypto fuerunt à posteris Noæ

Anni mundi			Anni Christi
2260	*Iosephus nascitur.		1770
2270		✠ 12. Altades regnauit	1760
2280	✠Iosephus vænijt Ismaëlitis 20. nummis argenteis.	32.	1750
2290	—+ Isaacus obijt. ✠Iosephus annos 30. natus, æquatur Pharaoni, præter quàm in solio.		1740
2300	Iacobus annos natus 130. ✠ sistitur coram Pharaone.	✠ 13. Mamius	1730

Anni mundi.			*Anni Christi.*
2310		regnauit an. 30.	1720
2320	+ Iacobus obijt, annis vitæ exactis 147.		1710
2330		* 14 Mancaleus	1700
2340			1690
2350			1680

Demonstrat.

regna constituta, sed in alijs etiam orbis terrarum partibus, in quas fuerunt coloniæ deducendæ. Atque adeò fortassis imperarunt Monarchæ ante Diluuium. Certè iam illis temporibus formidolosa fuit tyrannis & effrænata Gigantum potentia, vnde tot bella, tantæ hominum strages, tot impia facinora, Sibyllinis carminibus decantata, quæ ante Diluuium patrata sunt. Quapropter qui quatuor Monarchias tantùm nobis proferunt ex Danielis oraculo, quasi quatuor Imperiorum terminis vniuersus terrarum orbis coercendus sit, næ illi Prophetæ scopum minus assecuti sunt, illos manifestè refellunt innumera Imperia veteri nostráque memoria celebrata: Æthiopum, Arabum, Parthorum, Indorum, Scytharum, Tartarotum, Moschouitarũ, Turcarum, aliáque permulta, atque adeò ipsum Romanum propè deletum, cuius præter nomen nihil penè superesset, nisi renouatum & continuatum fuisset in Ioue Romano; qui tergemino diademate caput reuinctus, enséque præcinctus gemino, res cœli, terræque gubernat, multò sanè augustius, quàm vllus vnquam veterum Augustorum. Cuius Imperium ad seculorum exitum peruenturum esse, permulti iam ex oraculis sacris collegisse putant. Itaque Romanorum fato perennitatem Imperij vltro concedamus, quam suus olim vates carmine fatidico sic effatus est,

His ego nec metas rerum, nec tempora pono,

Imperium

Imperium ſine fine dedi: Monarchię tamen æternitas non euincit, quatuor tantum Imperijs ſubijci debere terrarum orbem vniuerſum. Neque enim Danielis viſiones, ex quibus quatuor illas Monarchias hauriunt, ad hiſtoriam vniuerſam ſpectant, ſed ad ea tantum Imperia ſub quibus Dei populus grauiſſima paſſurus erat. Sed nec ad præterita, verùm ad futura tantum referuntur. Voluit enim Deus Prophetæ ſuo patefacere, quænam futura eſſet populi ſui conditio ætatibus inſecuturis. Anxius erat Propheta captiuus de populi captiui liberatione, proſpiciebat Cyrum venturum, ab Iſaia iampridem prædicatum: expectabat lapſum annorum 70. ab Ieremia præſtitutum. Quibus exactis ſperabat non ſolum Propheta, ſed populus etiam vniuerſus, poſt tot exantlatos labores, ſe dulci quiete fruituros. Admonet Deus, vt animos parent ad fortiter ſuſtinenda, tolerandáque pericula, illos Monarchis quatuor potentiſſimis ſeruituros, nimirum Babylonio, Perſæ, Græco, & Romano, antequam adueniat regnum illud æternum, & nunquam euertendum, quod reliqua omnia conteret. Hæc oraculi ſententia eſt, quam euentus maxima iam ex parte comprobauit. Monarchias verò quatuor, quia Danielis vaticinio ſunt inſignes, continua ſerie per ſingulorum Monarcharum nomina & tempora, ſuis locis perſequemur.

Anni mundi.	Lib. I.		*Anni Chriſti.*
		* 15. Spherus	1670
2360			
	+ Ioſephus obijt.	regnauit 20.	1660
2370			
		* 16 Mamelus	1650
2380			
		regnauit 30.	1640
2390			
			1630
2400			

Anni mundi.			*Anni Christi.*
2410		* 17. Sparetus	1620
2420		regnauit an. 40.	1610
2430	* Aaron nascitur. * Moses nascitur.		1600
2440			1590
2450		* 18. Asca-	1580

Demonstrat.

Ægyptus. Moses. Cap.9.

PHARAONES in sacris dicti sunt Reges, qui Monarchiæ Ægyptiæ præfuerunt, vsque ad Cambisen: cuius auspicijs, Ægyptus in Persarum potestatem venit. Post Alexandri obitum, qui Persarum imperium euertit, Ptolemæi appellati sunt. Atque hi quidem temporis ordinem perpetuum seruant in Chronologia. Pharaonum verò nomina & tempora qui recēsere velit, is profecto diuinare potius quàm quidpiam veri affirmare censendus est, si postremos sex Reges excipias ab Herodoto memoratos, Sethonē, Psammetichum, Nechum siue Necepsum, Psammin, Aprieum, Amasim. Quare frustra quæritur, fuerítne Cenchres, an Amenophis, an alius quem obruerint fluctus Rubri maris: quis item fuerit apud quem se Iacobæi receperint. Eusebius dynastias & Regum nomina Chronologiæ inseruit, sed ab omnibus deseritur. Iosephus ex Manethone, Isidis Sacerdote, Reges permultos cōmemorat, sed continuam seriem non persequitur, nec historiæ congruunt tempora ab eo descripta: & Manethonis narratio, tota ex fraude & mendacio cōposita esse apparet. Herodotus & Diodorus cum Sacerdotibus Ægyptijs sermones se habuisse asserunt: sed neque inter se consentiunt, neque cum Manethone. Refert Herodotus à primo Rege ad Sethonem, cui bellum Sennacheribus intulit, γενέας intercessisse 341. Tres autem γενέας siue progenies

341.

341. efficiunt annos 11366. quos si menstruos accipias, vt nonnulli conciliatores volunt, concurret initium regni Ægyptij cum anno ferè aduentus Iacobæorum in Aegyptum, nec vllus Regum ad annos quinque imperium protulerit. Sin Solares intelligamus, vt intelligi debent, Regum vetustas rerum initium superabit permultis annorum millibus. Diodorus multa fabulosiora ab illis accepisse tradit: nempe Deos & Heroas primum in Aegypto regnasse, annos ferè 18000. homines verò annos 15000. vsque ad 180. Olympiadem. Nihil certi colligi potest ex istis narrationibus Sacerdotum, quos nostrorũ Monachorum vulgo sapientiores fuisse minimè credendum est. Illud constat, Regnum Aegyptium vetustissimum esse. Cæterùm quandiu Iosephus eiúsque fratres fuere superstites, tandiu benignè actum est cum Israëlitis in Aegypto. Mortuo verò Iosepho, Israëlitarum multitudo adeò creuit, vt formidabiles esse cœperint Aegyptijs; itaque asperius tractari. Ac primum operæ ab ijs durius exactæ sunt. Deinde mandatum obstetricibus, vt in ipso enixu mares enecarent. Postremò ab Aegyptio impeperatum, vt Hebræorum pueros masculos in profluentem proijcerent. Eo tempore natus Moses, tres menses domi paternæ clam enutritus fuit, deinde expositus. Hunc Pharaonis filia sustulit, & pro filio educauit. Annos autem quadraginta natus, Aegyptium, quòd ad-

Anni mundi.			*Anni Christi.*
2460		tades regnauit ann. 40.	1570
2470	* Caleb nascitur.		1560
2480			1550
2490		* 19. Amyntas	1540
2500		regnauit 45.	1530

Anni mundi.			Anni Christi.
			1520
2510	❦ EXITVS de Ægypto.		
	Lex in Sinai data est post annos 430. quàm fœdus à Deo cum Abrahamo sancitum est in Chaldæa. Gal. 3. Act. 7.		1510
2520			
			1500
2530			
		20. Belochus regnauit 25.	1490
2540			
			1480
2550	❦ Mose mortuo, IOSVA populo præest.		

Demonstrat.

uersus Israëlitam insolentius insultaret, interfecit, arbitratus Israëlitas intelligere Deum eis per ipsum salutem daturum esse. Sed cùm Pharao, re audita, eum ad supplicium quæreret, fuga salutem sibi consuluit, ac in Madianitide peregrinatus est, annis quadraginta. Quibus peractis, Deus ei in ignea flamma de medio rubo apparuit, iussítque vt Israëlitas ex Aegypto educeret. Eos igitur eduxit Moses, miráque & portentosa fecit, tum in Aegypto, & in mari Rubro, tum in solitudine, per annos quadraginta. Obijt natus annos 120. in terra Moabitarum, ante os Domini, qui eum sepeliuit. Neque quisquam hominum hactenus eius sepulcrum sciuit. De cuius corpore disceptauit cum Michaële Archangelo Diabolus. Exod. 1. 2. Deuteron. vlt. Act. 7. & Iudæ epistola.

Exodus. Cap. 10.

ÆGYPTO excesserunt Israëlitæ plenilunio vernum Aequinoctiũ insecuto, mensis die 14. Nam cùm vespere, ex Mosis mandato, tostum agnum manducassent, cuius sanguine super liminaria & vtrosque domorum suarum postes infecerant, Deus media nocte omnes Ægypti primigenios occidit. Tum verò ea nocte surgens in maximo tumultu Pharao, Mose & Aarone accersitis, populum dimisit. Illius igitur diei nox dicata Deo est, & solennis habita, vt à vespera 14. primi mensis, ad vesperam 21. eiusdem mensis, azymis vescerentur,

rentur, propterea quod vrgentibus Aegyptijs, morari, & viaticum sibi parare non potuerint, sed massam non fermentatam veste sua inuolutam, humeris suis extulerint in mactris. Exod. 12. & Deuteron. 16. Iam inuestigemus quoto mensis Iuliani die plenilunium noctem illustrarit. Ab exitu ex Aegypto ad Christianam epocham anni fluunt 1514. Huius temporis subductæ Solis Lunæque versiones, nouilunium post Aequinoctium vernum proximè transactum proferunt Aprilis die decimo, Pharmuthi 7. Plenilunium Aprilis vigesimo quinto, hora septima: hoc est, hora vna post occasum Solis, feria quinta, Romano more: sexta verò ineunte, ex Israëlitarum instituto, qui diem ab occasu incipiunt. Igitur excesserunt ex Aegypto, anno Mundi 2509. quem sequebatur annus Bissextilis 2510. Hîc temporum ordines à nobis digesti cum sacris exquisitissimè quadrant. Ab eo enim tempore Iudæi parasceuen Paschatis Agno & Azymis celebrarunt, vsque ad Messiam, qui & ipse simili vespera agnum comedit cum discipulis; mox ipse mactandus Agnus, in suorum salutem. Ab agno in Aegypto mactato, ad Agnum immolatum in cruce, dies intercurrunt 564655. cum horis septem. Ex quibus conflantur anni Iuliani 1546. minus diebus 22. horis 7.

Anni mundi.			Anni Christi.
	Cessat manna.		1470
	Terre diuisio facta est à Iosua, an. Sabbatico primo, Quo nefas fuit terram colere.	* 21. Belopares regnauit 30.	
2560			
	IVDICES. * Othoniel gubernauit annos 40. Cusanum Rasathaimum, Regem Meso-		1460
2570			
	potamiæ, cui seruierunt Israëlitæ annos 8. superauit.		1450
2580			
		* 22. Lamprides regnauit an. 32.	1440
2590			
			1430
2600			

Anni mundi.			*Anni Christi.*
2610	* Aod gubernauit annos 80. Eglonem Moabitarum Regem,		1420
2620	cui parebant Israëlitæ, confodit, sica in ventrem adacta, specie arcani colloquij.	* 23.	1410
2630		Sofares regnauit 10.	1400
2640		* 24.	1390
2650		Lampares regnauit 30.	1380

Demonstrat.

Josue. Iudices. Cap. 11.

MOSE sublato, Iosue populi gubernationem suscipit: sed non multis annis, vt sacra historia indicat. Siquidem terræ Chananææ diuisionem perfecisse videtur ex Dei mandato, anno quadragesimo septimo à discessu ex Aegypto. Altero enim anno à transitu Rubri maris, missi sunt in Chananæam exploratores, in quibus Chalebus tum quadragenarius. Cui abhinc annis quadraginta quinque, cessit Hebron in hæreditatem, cùm terra diuideretur. Numer. 14. Ios. 14. Consumpserint igitur sexennium Iosue in debellandis Chananæis post Mosis excessum: biennium in terra diuidenda: altero biennio propter senium quieuerit. Superabat enim centenarium. anno decimo orationem habuerit ad populum, quæ continetur Ios. cap. 23. deinde fatis concesserit. Post eius excessum, consuluerunt Deum Israëlitæ, quinam suorum primi bellum Chananæis inferrent (neque enim omnes Iosue deleuerat.) Atque ex oraculo Iudæi primi Chananæos & Pheresæos fuderunt, aliáque præclara belli facinora gesserunt quæ narrantur Iudic. 1. Quibus obeundis, & rebus suis post eas gentes deuictas componendis, tempus debetur non minus triennio. Sed parta pace populus ex felici rerum successu otio quadriennium diffluit, delabitur sensim ad necessitudines cum finitimis conciliandas, cõtrahit matrimonia cum externis, eorúmque deastros colit. Vnde indignatûs

indignatus Deus, Chusanum Mesopotamiæ Regem aduersus illos excitauit, qui tyrannidem exercuit annos 8. Verùm Deus populi sui misertus, tyranno Othonielem opposuit. Ita anni septendecim intercedunt inter obitum Mosis & Othonielis magistratum. Vnde conijciunt multi Iosuam clauum gubernationis tenuisse annos 18. Sed his refragatur Scriptura, quæ illum ætate prouecta consenuisse, & à bellis quieuisse tradit, antequam terram diuideret: & post eius excessum, Iudæos illa patrasse quæ retulimus, & verbosius explicantur in libris Iosuæ & Iudicum; antequam Othoniel, quem Iosuæ successorem faciunt, administrationi præficeretur. Annorum autem septendecim interuallum ex temporum serie necessario consequitur. Nam ab excessu ex Aegypto ad initium Iosuæ, anni sunt quadraginta. Ab Othonielis initio, ad annum quartum Salomonis, anni 423. Fit summa 463. quæ ablata ab annis 480. quot intercedunt inter migrationem ex Aegypto, & Templi exordium, relinquit annos septendecim, Iosuæ gubernationi attributos. Hic illud ab obseruatione dignum est, à diuisione terræ Chananææ ad Samuelis initium, annos colligi 350. si Iudicum annos tantum numerauerís. Sin cum his coniunxeris annos tyrannidis, conflari 450. Hunc numerum, qui ex Iudicum libro perperam intellecto collegerat, in locum τριακοσίοις substituit τετρακοσίοις. Act. cap. 13. vbi pu-

Anni mundi.	Lib. I.		Anni Christi.
2660			1370
2670		* 25.	1360
2680		Paunias regnauit 45.	1350
2690	Debora * Barac ann. 40. Iabinis Regis Chananæorum, cui seruiebant Israëlitæ,		1340
2700	copias cæciderũt, & fuderũt. Sisaram eorum ducem, Iael Hebris vxor, clauo in tempus malleo adacto, interfecit.		1330

Anni mundi.			*Anni Christi.*
2710			1320
2720		* 26 Sofarmus regnauit	1310
2730	Gedeon ann.40. Noctu lucum patris, & aram Baali sacratam, euertit. Madianitas innumeros fractis amphoris, splẽdore facium, tubarúmque clangore profligauit.	an. 19.	1300
2740		* 27. Mytreus regnauit an.	1290
2750		27.	1280

Demonstrat.

tant multi pro τριακοσίοις lubrico lapsu τετρακοσίοις irrepsisse. Cuius loci scripturam qui animosius quam verius tueri nituntur, annos 450. ad Israelitarum in Ægypto habitationem ineptissimè referunt: horúmque fatuitas apparet ex ipsius Apostoli verbis, qui tempora disertè definit ac distinguit. Post annos inquit, quadraginta exactos in deserto, post Chananæos deletos, post Chananæam diuisam, Iudices dedit ad annos 450. vsque ad Samuelem. Exinde postularunt Regem: dedit eis Deus Saulum annis 40. Anni 450. neque cum annis 430. neque cum annis 480. qui 3. Reg. 6. liquido exprimuntur, conciliari possunt. Anni mansionis in Ægypto, nihil commune habent cum annis excessum ex Ægypto insecutis. Ab annis verò 480. si auferas annos 46. ab egressu ex Ægypto ad terræ diuisionem, & annos 84. à Samuele ad inchoatum Templum, restabunt anni 350. non 450. Nec vlla alia via est, qua in explicandis temporum ordinibus anni 450. calculum subeant, quàm ea quæ tyrannidis tempora coniungit cum Iudicum magistratu. Calculi vtriusque veri & fallacis abacum subijcimus.

Verius

Verus annorum calculus ab exitu ex Aegypto, ad Tẽpli exordium.			Calculus fallax.	
Moses rexit populum annis	40.			40
Iosue ante diuisionem terræ annis	6.			6
Post diuisionem	11		Chusan	8
Othoniel	40			40
			Eglon	18
Aod	80			80
			Iabin	20
Debora	40			40
			Madian.	7
Gedeon	40			40
Abimelech	3	350		3
Thola	23			23
Iair	22	450		22
			Philist.	18
Iephthé	6			6
Abesan	7			7
Elon	10			10
Abdon	8			8
			Philist.	40
Samson	20			20
Heli	40			40
Samuel	40			40
Dauid	40			40
Salomon	4			4
Summa	480		Summa	580

Troiæ excidium. Cap.12.

TROIANAM cladem in hæc tempora conferunt historici. Diony-

Anni mundi.			*Anni Christi.*
			1270
2760		+ 28.	
		Teutanus regnauit 32.	1260
2770	* Abimelech ann.3. * Thola ann.23.		
			1250
2780			
			1240
2790	✠ TROIÆ excidiũ.	*	
		24. Teucrus regnauit 40.	1230
2800	* Iair ann.22.		

Anni mundi.			*Anni Christi.*
2810			1220
2820	Iephthé ann.6. * Ammonitas vicit. * Abesan, 7.		1210
2830	* Elon,10.	*	1200
2840	* Abdon,8.	30. Tyneus regnauit 30.	1190 ♀ ✱
2850	* Samson annis 20. Palestinorum vires debilitauit. Sed plures moriens obtriuit,quàm occidit viuens.		1180 ♀ ♃

Demonstrat.

sius Troiam captam fuisse scribit, ante annos 432.quàm Roma conderetur,die 23.Thargelionis,17.diebus ante Solstitium. Diodorus ante Olympiad. annis 408.Consentit cum Dionysio. Ephorus ab vtroque differt. Diuellit enim Ilij casum ab Iphiti sacro, annis tantum 405. Velleius addit Ephoro annos decem. Horum dissentio arguit incertam valde fuisse Troianam Epocham. Cęterum ex Ctesiæ & Eusebij monimentis, si non vera, certè veræ proxima elici potest. Scribit Ctesias ex Persarum & Assyriorum annalibus, Teutanium Assyriorum Regem Priamum iuuisse, misso Memnone Tithoni Persarum Regis filio, copiarum auxiliarium duce.Eusebius autē adscribit Ilij fatum, anno primo Demophoontis, Athenarum Regis, Teutanio Assyrijs imperāte. Addamus igitur Dionysiano calculo, annos 50. quos iniquè subreptos è temporum censu docebimus, incidemus in annum Teutanij 32. Mundi 2789. Aberrat igitur Ephorus annis supra 50. Omnium tamen Epochis, quòd in suis quisque scriptis tēpora sæpe numeret à clade Iliaca, signum adpinximus, nempe Demophoontis ♀. Velleij, ✱Dionysij & Diodori ♀Ephori ♃.

Iſraelitarum Iudices abrogati. Cap.13.

AB Iosue ad Samuelem per annos ſupra 360. populum Iſraëliticum aſſeruit diuina prouidentia, per Iudices & vindices. Sed cum Heli fuiſſent filij nequiſſimi, Deíq; contemptores, & ſtupratores, auari, rapaces; eorum ſceleribus auditis, pater blandè monuit vt deſnerent. Illi verò patri audientes non ſiuerunt, quia Deus eos perdere volebat. Itaque filij duo Hophnis & Phinees, prælio cum Paleſtinis commiſſo, eodem die occubuerunt. Clade nunciata, Helis ipſe de ſella delapſus, fracta ceruice interijt, cùm annos 98. exegiſſet. Poſt Helim, Samuel populi gubernationem excepit, Iudicum poſtremus. Eo enim ætate confecto cùm eius filij iura peruerterent, populus Regem ſibi conſtitui poſtulauit.

Anni mundi.			Anni Christi.
2860		*	1170
2870	* Heli ann.40. Vixit ann.48. 1.Reg.4.	11. Dercylus regnauit 40.	1160
2880			1150
2890			1140
2900		* Eup-	1130

Anni mundi.			*Anni Christi.*
2910	* Samuel, ann. 40.	32. Eupales regnauit 38.	1120
2920	* DAVID nascitur.		1110
2930			1100
2940		33.	1090
2950	DAVID Rex an. 40. Annos natus 30. * Regnum inijt in Hebron. Obijt septuagenarius.	Laosthenes regnauit 45.	1080

Demonstrat.

Reges Hebræorum. Cap. 14.

HEBRÆI, Deo repugnãte, omnium gentium morem insecuti, Regem petierunt. Illorum postulatis accommodauit se Deus, & Regem Saulum dedit, qui non multis annis imperasse potuit. Etenim cùm Samuel consenuisset, & eius filij gubernationi præpositi, iura muneribus accipiendis peruerterent, Regem Israëlitæ postularunt. Tum Saulus Dei mãdato inungitur. sed mox Deo infensus eijcitur, & vngitur Dauid, in quẽ perpetuas inimicitias ita exercuit, vt eum tandem coegerit ad Achim Gethæ Regem, populi Dei hostem, confugere. Samuel autem dicitur annis 40. populo præfuisse. Verùm sicut in annis Iudicum censendi sunt anni Tyrãnorum, similiter in annis 40. Samuelis continentur anni Sauli, quos Scriptura non aliter exprimit. Saulo mortuo, Dauid in Hebronem se recipit, vbi denuo Rex à Iudæis inunctus est, annum agẽs tricesimum. Regnauit ann. 40. scilicet Hebrone in Iudæos an. 7. & 6. menses: Hierosolymis autẽ, in omnes Israëlitas, atque Iudæos, ann. 33. Successit Salomo filius, qui quo ætatis anno inauguratus fuerit, variè proditum est. Iosephus scribit anno ætatis 14. solio insedisse: regnasse autem annos 80. Sed Iosephus in annis regni à Scriptura discedit. Interpretes 70. annum duodecimum proferunt. Sed illorum interpretatio, ad historicam narrationem quod attinet, ab Hebraica veritate nonnunquam recedit longius, quam vt probari possit.

possit. Certè regnauit Salomo annis 40. Ei successit Roboamus filius, annum agens 41. Oportuit igitur si interpretatio 70. admittenda est, natum esse Roboamum patris anno vndecimo. Quod cum naturæ & honestatis legibus apertè pugnat, & cum historica fide, quæ Salomonem consenuisse testatur, 3. Reg. c. 11. Hebræa nihil habent de Salomonis ætate, cùm regnum inijt. Diuitijs & sapientia mortales omnes superauit. Pondus auri, quod ei singulis annis proueniebat, 606. auri talentûm fuit, præter ea quæ pendebantur à mercatoribus. Itaque Ierosolymæ non minor fuit auri copia, quam lapidum. Audiendæ autem sapientiæ causa, totus orbis conspectum eius requirebat. Disseruit de stirpibus & plantis à Cedro ad Hyssopum. Item de quadrupedibus, volucribus, serpentibus, & piscibus. Habuit vxores 700. & 300. concubinas, per quas in eius senecta mens eius ad Deos alienos inclinata est, vnde postea regni dilaceratio & bella ciuilia insecuta. Nam duæ tantum tribus Iudah & Beniamin adhæserunt Roboamo, Salomonis filio: In reliquas decem imperium suscepit Ieroboamus Nabati filius, qui & Rex Israël dictus est, Roboamus autem Rex Iudah. Regnatum est in Israël Regibus 18. per annos 260. Deletum est regnum à Salmanassa post annos quindecim quam Romæ vrbis fundamenta iacta fuisse feruntur. Regnum autem Iudah à Dauide ad excidium Templi & Vrbis, stetit annis

Anni mundi.			Anni Christi.
2960			1070
2970			1060
2980			1050
2990	* Salomo reg. an. 40. ❦ Templi fundamenta iacta sunt anno 480. ab exi-	* 34. Pythiades regnauit	1040
3000	tu ex Ægypto. 4. Reg. 6.	50.	1030

Anni mundi.				Anni Christi.
3010				1020
3020			* 35. Ophrateus regnauit	1010
3030	Reges Iudah. Roboã filius Salomonis Rex *Iudah, regnum inijt annos natus 41. Regnauit an.	Reges Israël. Ieroboam, filij *Nabat Rex Israëlitarũ ann. 22. 1. Reg. 12. 14.	20.	1000
3040	17. 3. Reg. 14.		* 36 Ophrateanes regnauit 30.	990
3050	*Abias regna. 13. *Asa reg. annos 41	*Nadab 2 *Baasa 24		980

Demonstrat.

460. Regnarunt in eo Reges 22.

Prophetæ. Cap. 15.

ÆTAS Regum alias antecellere videtur Prophetarum vbertate & præstantia. Nam prioribus sæculis perpauci Prophetæ memorantur, & à Mosis obitu vsque ad Samuelis tempora Prophetia ferè obdormiuit. Vbi verò Samuel exortus est, cœtus Prophetarum apparent: Quos inter Saulus, qui nuper à Samuele vnctus fuerat, princeps vaticinatur. Dauid ipse Rex & Propheta Nathanis & Gadi Prophetarum oracula exaudit. Salomoni deastrorum cultum minus improbanti, Ahias Silonita Vates regni dilacerationem minatur. Iado Vates alius Salomonis res gestas conscribit. Semeias Dei nomine Roboamo nunciat, ne bellum inferat Ieroboamo. Addo Roboami & Ahiæ facta literis commendat. Ieroboamo ad aram adolenti Vates alius Iosiam prædicit, ante annos 300. quam Iosias nasceretur, super eam aram sacerdotes mactaturum. Abiæ filium Asam, Obedus exhortatur. Hananis quod Asam obiurgasset, in carcerem conijcitur. Michææ colaphum impegit pseudopropheta Sedecias. Iehu Hananis filius, & Eliezer, Iosaphati fœdus cum impijs ictum improbant. Zacharias Ioiadæ Pontificis filius, Ioæ iussu, lapidibus obruitur. Amasiam ab Israëlitico milite conducendo, vates innominatus dehortatur, eidémque paulo pòst exitium nunciat, quòd Idumæorum deos coleret. Amasiæ filius

lius Ozias, Zachariæ Prophetæ temporibus, Deo secundò vsus est: & Achazo Oziæ nepote Iudæis imperante, Obedus Vates captiuos Iudæos Samariam adduci vetat. Elias igneo turbine rapitur in Cœlum. Elisæus, & cum eo vates Bethelenses & Ierichuntini cœlesti doctrina clarent. Amos, Ionas, Hoseas, qui annis non minus 70. docuit, Micheas alter, Nahum, Sophonias, Iesaias, Olda fœmina, Ioel, Abdias, Abacuc, Ieremias, Vrias, omnes diuinæ sapientiæ Interpretes, antequam Vrbs & Templum excinderentur: Et populo apud hostes Babylonios captiuo, Deus dedit Prophetas Ezechielem, Danielem: solutáque captiuitate, Haggæum, Zachariam, Malachiam, imperante Dario Persa. Ex quo ad Christum vsque, rursus Prophetia quieuit. Tempus Prophetarum à Samuele ad Zachariam & Haggæum, annorum fuit 600.

Anni mundi.	Lib. I.			Anni Christi.
3060				970
3070		* Ela 2.		960
3080		* Zambris - diebus 7. -Ambris - annis 12.		950
3090	* Iosaphat R.an.25.	* Achab 22.	* 37. Ascrazapes regnauit 42.	940
3100				950

Anni mundi.				Anni Christi.
3110	* Ioram fil. Iosaphat, Prorex. Idem * postea Rex an. 8. sed 4. cũpatre.	* Ochosias filius Achab.2. Ioram filius Achab.12.		920
3120	* Ochosias, 1. *Atalia 6. *Ioas, 40.	*Iehu, 28.		910
3130			* 38. Sardanapalus	900
3140			regnauit 15. *	890
3150		*Ioachas, ann. 17.	1. ARBACES Medor. R. an. 22	880

REGNVM MEDORVM.

Demonstrat.

Assyriorum, Medorum, & Chaldæorum siue Babyloniorum regna.

Cap. 16.

ASSYRIORVM Imperium ad Sardanapalum vsque proferunt historici. Quo extincto, Arbacem Medum imperium ad Medos transtulisse prodiderunt, Babyloniorum Satrapia ex pacto, Beleso concessa, Ninámque Assyriorum regiam à solo euertisse: tum Regem salutatum, Ecbatana se recepisse. Medorum Reges ad Cyrum vsque Diodorus è Ctesia recenset. Sed constat è sacris & Herodoto, Medos vel nunquã vel paucis annis Assyrijs imperasse. Atq; vt Ninam euerterint, eam tamen instauratam mox fuisse, colligi potest ex Ionæ vaticinio, qui Sardanapalum annis ferè 30. secutus, Niniuæ excidium minatus est. Nahumus quoque annis post Sardanapali casum 140. execrationes effundit aduersus Niniuen, eiúsque exitium prænunciat, quòd aduersus Israëlitas asperius egissent Assyrij. Cui Tobiæ narratio accedit, qui Niniuen à Nabuchodonosore & Assuero, qui est Cyaxares, dirutam fuisse tradit. His consentanea refert Herodotus, Cyaxerem Ninam expugnasse. Ea verò euersa, Babylonem Assyrijs regiam fuisse. Fuerunt enim Medi & Babylonij fœderibus & affinitatibus coniuncti. Siquidem Nabuchodonosoris vxor genere Medica fuit. Igitur Assyriorum regno deleto, Chaldæi Babylonem regiam sibi constituerunt, quam Herodotus Assyriorum

riorum regiam vocat. Minimè credendum est Sardanapalo sublato, Assyrios quieuisse. Sed potius Arbace Ecbatana reuerso statim rebellasse, Ninam reparasse, & à Medorum Rege se subduxisse. Sarsomenes Arbacis nepos, tum Medis imperabat, cùm Phul Assyriorum Rex fœdus cum Manahemo Israëlitarum Rege ferijt, acceptis argenti mille talentis. Teglat Phalassar auxilio fuit Achazo Iudæo, cùm præesset Medis Articarmis, Sarsomenis filius. Salmanassar Israëlitas non in Assyriam solùm, sed in Mediam etiam abduxit: vnde perspicuum est Assyrios in Mediam inuasisse, & Medos in Assyriam. Salmanassarem secutus est Sennacheribus agnitus ab Herodoto. Hic Ezechia regnante Ierosolymæ obsidionem soluit, hominum 185 millibus ab Angelo noctu percussis. Succedit Assarabdon. Qui verò postea regno potiti sunt, nullibi proditum est. Phraortem Astiagis auum, qui Medis Artines appellatur, refert Herodotus Persas primum subegisse, mox Asiam: deinde aduersus Ninam incolentes expeditionem suscepisse, in qua perierit. Sed Ninam à Cyaxare patre Astiagis expugnatam fuisse, post multa bella cum Lydis, Assyrijs, & Scythis confecta. Assyriorum igitur monarchia in Sardanapalo prorsus extincta non est, sed fortasse debilitata, propter Medorum regnum excitatum. Videntur itaque Assyrij post Sennacheribi cladem in castris Ierosolymitanis acce-

Anni mundi.	Lib. I.			*Anni Christi.*
3160	*Amasias an. 19. sed vno cum	*Ioas filij Ioachas ann. 16.		870
3170	patre.			860
3180		*Ieroboā ann. 41.	* 2. Mandanes Medor.	850
3190	❦ Interregnum annor. 11.		regnauit 50.	840
3200	Azarias *qui & Ozias an. 52.			830

BIBLIOTHÈQUE BLOIS

Anni mundi.				Anni Christi.
3210				820
3220		♥ Interregnum annorum 22.		810
3230			* 3. Sosarmus	800
3240		Zacharias mens.6. * Sellum mens.6. Manahẽ ann.10.	regnauit 20.	790
3250	OLYMpiadas ♥ instituit Iphitus. Ioathã16	Phaceia ann.2. Phaca ann.20.		780

Demonstrat.

ptam sensim euiluisse. Tum Medos & Babylonios viribus coniunctis in Assyriam irruisse. Hîc euersa est Niniue à Nabuchodonosore, & Assuero Astyage, copiarum paternarum duce. Sic interijt Assyriorum monarchia. Nam post Nabuchodonosorem & Assuerum, Assyriorum ingens vbique silentium. Hinc illa Imperij magnitudo Assuero attributa, in Estheræ historia, 127. prouinciarum, ab India vsque ad Æthiopiam. Cesserunt enim Assuero Medorum & Persarum Regi, prouinciæ quæ ad Ortum spectant: Babylonio, quæ ad Occasum. Hunc enim adusque Gades Imperium protulisse ferunt. Cæterùm simultates postea exortæ sunt inter fœderatos & affines, vt ex Xenophonte liquet. Hinc Dario Medo Astyagis filio, qui Græcis, de nomine patris & aui, Cyaxares dictus est, & Cyro huius genero oblata occasio est Babyloniæ inuadendæ. Sànè credibile est Assyrios & Medos multis & diuturnis bellis inter se conflixisse, atque interim Babylonios modo his, modo illis paruisse. Salmanassar Babylone colonias deduxit in Samariam: quod argumento est Babylonijs imperasse. Concurrit autem Nabonassar cum Salmanassare: Quare consentaneum est, hunc à Salmanassare Satrapiæ Babyloniæ Regem fuisse constitutum. Oportet enim Nabonassarem dignitatem summam adeptum fuisse, cùm ab eo Babylonij cœlestes Epochas deduxerint. In sacris ante Merodachum

dachum nulli Babyloniorum Reges memorantur. Primus Merodachus regio inter Babylonios nomine insignitur, Quare eundem fuisse Nabonassarem necesse est, post quem Mardocempadus à Ptolemæo nominatur, cuius annus primus concurrit cum 23. Ezechiæ. At Merodachus anno 14. Ezechiæ, Solis regressi prodigio perculsus est: ideoque errant, qui Merodachum eundem faciunt cum Mardocempado. Tamen post Mardocempadum, vel eo regnante, Assyriæ Regis Duces Deus excitauit aduersus Manassen, qui eum compedibus vinctum, Babylonem abduxerunt. Vnde constat Babylonios, licet regia dignitate ornatos, Assyrijs ni-

ROMA.

ROMANVM Imperium, quod Rabbini Regnum nequam appellant, Daniel Quartam bestiã, terrificam, horribilem, præualidam, ferreis dentibus magnis comedẽtem, & comminuentem, & reliquum pedibus conculcantem, exoritur, quo tempore Israëliticum deletum est: ac sensim crescit latrocinio, parricidio, adulterijs, virginũ, matronarúmq; raptu, fraude, perfidia, ferro, sanguine. Prima Romanis arma illata sunt à Latinis finitimis, nempe Cœninensibus, Crustuminis, Antennatibus, Sabinis. Hos omnes ad bellum dolor acceptæ à Romano Rege iniuriæ accendit, quos amicè cum vxoribus ad ludos inui-

Anni mundi				Anni Christi
3260			* 4. Articarmis	770
3270	* Achas, 16.	✤ Osea regnum in-	regnauit 50.	760
3280	✤ ROMAM hic conditam ferũt. ✤ NABONASSAR Rex Babyl. 26. * EZECHIAS	uadit annos 7. * Osea R. ann. 9.		750
3290	ann. 29. Quo anno regnum Ezechias inijt, Messenijs propter virgines Lacænas in tẽplo stuprata bellum intulit Teleclus Rex Lacedæmoniorum,	Anno 4. Ezechię, + Oseæ 7. Salmanassar Samariam oppugnauit, eam-		740
3300	an. 2. Olymp. 9. Pausan.	que cepit anno Ezechiæ sexto, qui non⁹ fuit Oseæ.		730

REGNVM CHALDÆORVM.

✤ regressus

Anni mundi.			Anni Christi.
3310	✤ Mardocẽpades regnau. Babyl. an. 46. * Manasse ann. 55.	* 5. Arbianes regnauit 22.	720
3320			710
3330		* 6. Aniteus regnauit 40.	700 690
3340			
3350	✤ Ben Merodach regnau. Babyl. ann. 21.		680

Demonstrat.

tatos raptis in vrbe ex composito mulieribus, grauissima ille contumelia affecerat. Sed ij intra paucos dies deuicti sunt, Sabinis cum Romano fœdere cõiunctis. Regni fundatorem Romulum faciunt. cui successit Numa. Post quem Tullus Hostilius. Ancus Martius. L. Tarquini° Priscus. Ser. Tullius. Tarq. Superbus. Numa egit pacificè, magicæ vanitati addictus. Reliqui vicinos bellis oppresserunt, & de ijs amplissima spolia reportarunt. Triumpharunt de Cœninensibus, Antennatibus, Veiẽtibus, Albanis, Sabinis, Latinis, Etruscis, Volscis. Principes Romani libro tertio recensebuntur.

hilominus tum tẽporis paruisse. Sed & Assyriẹ Reges in sacris memorati, luculenter ostendunt Assyriorum potentiam minimè fuisse deletam in Sardanapalo, sed Niniue demum excisa à Cyaxare & Nabuchodonosore, vt Tobias attestatur.

Medorum porrò Imperium ab interitu Sardanapali ad cladem Astiagis, complectitur annos 322. Et hoc quidem Imperium Herodotus & Trogus terminant in Astiage. Xenophõ verò longè aliter narrat. Scriptura sanè docet Medos viguisse cùm Babylon caperetur. Scribit enim Daniel, qua nocte Baltasar digitos vidit in pariete scribentes, regnum Chaldæorum, occiso Baltasare, Medis, Persísque

sísque traditum fuisse.

Præterea discimus ex Xenophonte Cyaxarem, qui Darius Assueri filius è gente Medorum Danieli dicitur, Astiagi patri successisse: & Medorum Persarúmque Imperatorem in castris agnitum fuisse ab ipso Cyro, & militibus, cùm aduersus Lydos, & Chaldæos, exercitum ducerent. Sed & ipse Darius Medus Chaldæorum regno potitus est post captam Babylonem. Eo verò vita functo rerum summa in Cyrum recidit. Cuius bellica virtus & fama celebris Cyaxaris imperio tenebras offudit.

Chaldæorum Reges eorúmque tempora, sic definiri posse videntur. Nabonassaris initiũ Cœlo à Chaldæis insculptum est, ideoque certissimum statuitur anno Mundi, 3276. Christi, 747. Romæ conditæ sexto: Iphiti, 30. Anno 18. Nabonassaris, Sol retrocessit, & vmbra in Achazi horologio, per decem gradus retracta est. Quo ostento stupefactus Chaldæorum Rex, Merodachus, Legatos ad Ezechiam misit. Igitur Nabonassar, Merodachus etiam dictus est. Anno Epochæ 27. Nabonassaris, Mardocempadus solio potitur. Huius annus primus defectione Lunæ insignitus est, seiunctus annis 100. à quinto Nabopolassaris, qui in sacris Nabuchodonosor haud dubiè appellatur, quo anno Luna rursus defecit. Mardocempado successit Ben Merodach annis 21. vt testis est

Anni mundi.			Anni Christi.
3360			670
3370	* Amon, ann. 2. * Iosias, ann. 31. Nabuchodonosor ♣ qui & Nabolassar reg. Babyl. an. 29.	* 7. Artines regnauit 24.	660
3380			650
3390	* Hoc anno Iosias PHASE celebrauit, quale non fuit à tempore Samuelis. Annus est 833. ab Ingressu in Chananęam: IVBILEVS 17.	*	640
3400	SABBATHVM 119. Ioachas, menses 3. * Eliacim, qui & Ioachim, ann. 11. NABVCHODO- ♣ nosor, qui & Nabopolassar, reg. Babyl. ann. 44.	* 8. Assibaras, qui & Cya-	630

Anni mundi.			Anni Christi.
3410	Annus primus Nabuchodonosor. est 23. à decimo tertio Iosiæ. Ierem. cap. 25. *Ioachin, qui & Ieconias, menses 3. Sedecias, ann. 11.	xares regnauit an. 40.	620
3420	Vrbem & Templum capit & succendit Nabuchodonosor.		610
3430	Annus exilij Ezechielis 25. est 14. Vrbis subactæ. Ezech. cap. 40.	*	600
3440		9. Astiages, qui & Apanda reg. ann.	590
3450	Euilmerodach regnau. Babyl. an. 18. Anno ipso quo regnum inijt, 37. abductionis Ieconiæ, eum eduxit è carcere.	35.	580

Demonstrat.

Eusebius. Post quem regnauit Nabolassar, pater Nabuchodonosoris, annis 29. teste Berosо Babylonio. Itaque supersunt Mardocempado anni 46. Nabuchodonosori Scriptura tribuit annos 44. Iosephus Euilmerodacho, Nabuchodonosoris filio, ann. 18. Baltasar anno regni 17. interfectus est à Cyro, capta Babylone, qui annus est 72. ab excidio Templi, quod succendit Nabuchodonosor, anno Imperij 19. Relinquuntur Nerigliſſoori, qui Euilmerodacho successit, anni 11. Imperarunt Chaldæi à Nabonassare ad Cyrum, per annos 209. Daniel. Xenoph. Berosо. Ioseph. Ptolem. sacra Biblia.

Excidium Hierosolymæ. Iudæorum captiuitas, & Regionis vastatio. Cap. 17.

SALMANASSAR Assyrius Israëlitas in exteras regiones abduxit, sine vlla spe restitutionis, & colonias in Samariam deduxit: Nabuchodonosor Babylonius Iudæorum regionem vastauit, & populum transtulit Babylonem, ad annos 70. nullis in Iudæam missis colonijs, vt interea regio quiesceret, suisque Sabbathis iuxta vaticinia frueretur. Ab ea enim vastatione initium annorum 70. haud dubiè faciendum est. Ierem. c. 25. Anno certè Ioacimi tertio, postquã Nabuchodonosoris Imperium ferre coactus est, sed regni vndecimo, Nabuchodonosor Ierosolymam obsedit, expugnauit, Ioacimum vinculis constrictum

ctum, & Iudæorum plusquam tria millia, in quibus Daniel, cum vasis domus Domini, Babylonem transtulit. Daniel. cap.1.4.Reg.23.24.Ierem.c.52. Ezech. cap.19. Is Ioacimus à Neco Ægyptio Rex constitutus fuerat. Regnauit Ierosolymis ann. 11. Eo regnante, Nabuchodonosor regnum adeptus, aduersus Ægyptium mouit, & ab Euphrate ad Nilum cepit quidquid Ægyptij fuerat. Ideoque deinceps Neco finibus suis egressus non est. Tum Ioacimus in Nabuchodonosoris potestatem venit, anno quinto Nabuchodonosoris, cui cùm triennio subditus fuisset, ab eo defecit, anno scilicet Nabuchodonosoris 7. desinente, Ioacimi vndecimo & postremo, quem Daniel tertium appellat. Igitur octennio tributum Ægyptio ferre coactus est: Nabuchodonosori triennio. Daniel Babylone captiuus, Ioacimi regnum auspicatur ab eo tempore quo Babylonius in Ioacimum & Iudæos imperium exercuit. Similiter Ieremias annum Sedeciæ primum vocat annum 4. Fuit enim quartus à primo Ioacimi, hoc est à quinto Nabuchodonosoris. Ioacimo successit Ioachin filius, qui & Iechonias dictus est. Hunc tribus regni mensibus exactis, Nabuchodonosor Babylonem transtulit, vnà cum Ezechiele, Mardochæo, Esthera, & alijs ad 17000. 4.Reg.24. Esther.2. In cuius locum suffectus est Sedecias, qui sub Nabuchodonosore regnum administrauit annis 11. non integris. Anno enim Sedeciæ

Anni mundi.	Lib. I.			Anni Christi
3460	Pisistratus Athenis tyrannidem occupat. Versus Homericos in vnum corpus redigit. ✠ Niriglissoroor, reg. ✠Babyl.ann.11.			570
3470		* 1. Cyrus Persarum	* 10. Cyaxares, qui	560
3480	✠Nabonidus, qui & Baltasar, regn. Babyl.an.17. * Crœsus à Cyro captus.	regn.ann.30.	& Darius Medus, regnauit 26.	550
3490	Babylone capta, Cyrus Iudæorũ * captiuitatẽ soluit, annis 70. cõpletis. Ierem.25.		*	540
3500	Occiso Baltazare, regnũ eius occupauit Darius Medus. A quo Daniel triumuir præfectus est toti regno. Dan.5.6.	* 2. Cambyses.	1 CYRVS Monarcha	530

REGNVM Persarum.

Anni mundi.			Anni Christi.
3510	* 4. Darius regnauit 36.	* 3. Smerdes.	520
3520	Romæ CONSVLES creati, Regibus eiectis. ☿		510
3530			500
3540	✝ Clades Marathonia. Xerxes Rex à patre Dario paulo ante mortem institutus.	✝ 5. Xerxes.	490
3550	Xerxes Vere ineunte traijcit in Europam. Fugit sub tempus sementis. ARTAXERXES Longimanus, Rex institutus à patre.		480

Demonstrat.

nono, mensis 10. die decimo, obsessa est Ierosolyma. Anno vero vndecimo, 4. mensis, die 9. capta est. Is fuit annus Nabuchodonosoris 19. exilij Exechielis 12. Ierem. 34. 52. Ezechiel. 33. Ezechiel anno 30. Iubilæi Iosiæ, quinto abductionis Ieconiæ, vaticinatur ad fluuium Chobar. Ezechiel. cap. 1. Daniel igitur abactus est cũ Ioacimo, anno regni Ioacimi 4. Nabuchodonosoris 8. Ieconias eodem anno desinente. Itaque Hieronymus ad Ezech. duas tantum facit transmigrationes: Vnam Ioacimi, qua Daniel, Ezechiel, & alij deportati sunt, nec distinguit Ioacimi abductionem à Ieconia, quia eodem anno vterque captus & translatus est. Alteram Sedecię qua post Vrbem subactam, & euersam, Templúmque crematum, totus populus abductus est. Sed Ieremias tres abductiones narrat, cap. 52. Sed vnam tãtum Ioacimi & Ieconiæ facere videtur. Hi sunt homines, inquit, quos

☿ Romæ regnatum est per 7. Reges an. 243. Tum Roma vix vbi plurimum ad quindecimum milliarium possidebat. Regibus eiectis, Consules creati sunt anno V. C. 244. vt scribit Eutropius. Sed cùm plebs post annos 17. in montem sacrum secessisset, Tribuni pleb. creati sunt, & Sacrata lege constitutum, vt hic Magistratus sacrosanctus esset.

quos Nabuchodonosor transtulit. Anno 7. Iudæorum tria millia & vigintitres. Anno 18. capita 832. Anno 23. Nabuzardan capita 745. Quorum omnium capitum summa efficitur 4600. Capita familiarum tantum commemorat. Nam 4. Reg. 24. ad 18. hominum millia cum Ieconia translata sunt. Qui post Vrbis excidium, & stupendam regionis vastitatem, Nabuchodonosori, eiúsque filio & nepoti, seruierunt annis 70. Quibus exactis, Cyrus Persarum Rex, Babylone capta, Baltassarem Nabuchodonosoris nepotem occidit, & populum libertate donauit.

Persarum Imperium. Cap. 18.

BALTASSARE interfecto, regnũ Chaldæorum diuisum est, & Medis Persísque traditum. Darius qui & Cyaxares, regno Babyloniorũ biennio præfuit. Quo defuncto, ad vnum Cyrũ recidit principatus. Vnde fit vt septennium quod inter captam Babylonem & Cambysis dominatũ intercedit, vni Cyro sæpius tribuatur.

Anno V C. 302. Mundi 3572. Decẽuiri Romæ creãtur legum ferendarum. Hinc anno 3. altera secessione, Decemuiris abdicatis, Tribuni plebis creantur 10. & anno sequente Lex 12. tabularum in æs incisa est.

Anno 309. Tribuni militum Consulari potestate creati sunt, mox abdicati.

Anno 310. Censo-

Anni mundi.			Anni Christi.
3610	Classis Attica ad Syracusas deleta, Nicia Duce interfecto.	Darius Nothus regnauit 19.	420
3620	Carthaginienses Annibale Duce 100000. hominum, Siciliam aggressi sunt. Xenophon.	* 10.	410
3630	* Aduersus Mnemonem Cyrus frater ascendit. Cuius anabasin describit Xenophon.	Artaxerxes Mnemon reg. an. 43.	400
3640			390
3650			380

Demonstrat.

res creati sunt.

Anno 315. tres Tribuni militum, Cõsulari potestate

Anno 347. V C. Mundi 3617. stipendium de publico Romæ primùm militibus datum.

Quarto post anno hibernacula primum ad Veios obsidionis causa, fieri cœpta sunt.

Anno 363. Roma à Gallis capta, recuperata est Camillo. Qui anno 367. Volscorum ciuitatem capit, Æquorum vrbem occupauit, Sutrinorum recuperauit, deletis Ethruscorum exercitibus. Tres simul egit triumphos. Atque hîc cœpit res Romana crescere.

Anno 377. à Tribunis militũ Consulari potestate, ad Tribunos plebis, Reipub. administratio recidit. Sed lapso quinquennio, Tribuni militum rursus creati sunt.

Hic Darius Danielem præcipuè coluit, quem nihilominus, Aulicorum dolo, Leonibus obiecit.

Post Dariũ & Cyrum imperauit Cyri filius Cambyses ann. 7 mens. 5.

Deinde Smerdis Magus, mens. 7. Quo per vim sublato, Darius, Hystaspis filius, equi hinnitu, regnũ sortitus est. Cuius posteri Persis imperarunt ad Alexandrum vsque.

Anno V C. 387. Mundi 3657. Prætor primum creatus Furius Camillus, Camilli Dictatoris filius. Post annos 124. alter est additus, qui inter peregrinos ius diceret. Atque hic Peregrinus dictus, ille Vrbanus. Additi sunt & alij postea.

Anno 390. Dictator claui figendi causa dictus est. Persuasum enim fuit sapientiæ Romanæ, clauo figendo pestilentiam sedari.

Græcorum Imperium. Cap. 19.

DARIO in Arbelide victo, Alexander Macedo Imperator Asię salutatus est, Calend. Octobr. ante annos 328. quàm Christus nasceretur, anno Mundi 3692. Natus est Alexãder Hecatombæonis plenilunio, quo die templum Dianę Ephesi conflagrauit. Quotquot Magi tum Ephesi fuerunt, facies suas percutientes, vociferabãtur magnam eo die perniciem, infortuniúmque Asiæ natum esse. Eo-

Anno 410. Bellum Samniticum susceptũ est, quod gestum est per annos 70.

Anno 413. Pub. Decius Cõsul bello Albano aduersus Latinos, Dijs manibus se deuouit. De Latinis triumphatum est, & statuæ Consulibus victoribus positæ pro Rostris, anno 416.

Anno 424. L. Aimilius Mamertinus de Priuernatibus triumphauit. L. Papirius Cursor de Samnitibus, anno 429.

Anni mundi.			Anni Christi.
3660	Clades Leuctrica Lacedæmoniorum.		370
3670	* Alexander nascitur.	* 11. Ochus regnauit	360
3680		ann. 23.	350
3690		* 12. Arses regn. 2. * 13. Darius regnau. an. 6.	340
3700	Alexander Darium vicit in Arbelide. ❦ PERIODVS Calippica à Solstitio æstiuo. Obitus Alexandri.	* ALEXANDER.	330

REGNVM GRÆCORVM.

Anni mundi.				Anni Christi.
3710	LAGIDÆ. PTOLEMÆVS LAGVS Ægypti Rex, an. 40.	* Ptolemæus Lagi filius, Ægypti Præfectus, Regis nomen adiumit annis 40.	SELEVCIDÆ.	320
3720		Seleucus Babylone capta, caput diademate cingit. Hinc anni Seleucidarum, qui Græcorum appellantur in libro Machab. Chaldæorum verò apud Ptolem.	* 1. SELEVCVS Syriæ Rex an. 24.	310
3730				300
3740	* 2.		* 2. Antiochus	290
3750	Prol. Philadelphus 38.	Philadelphus amicitiam pepigit cum Romanis, Pyrrhi clade audita.	Soter, an. 29	280

Demonstrat.

Anno 458. Mundi 3728. P. Decius, exemplum patris secutus, adhibito M. Liuio Pontifice, deuouit se, & morte sua, populo Romano victoriā tradidit. Q. Fabius Max. de Sānitibus, Ethruscis & Gallis triumphauit.

Anno 470. victis Gallis Senonibus, ab Æsi fluuio quōdam Italiæ termino, vsque ad Rubiconem, fines Italiæ producti sunt.

Anno 472. bello Tarētino Elephanti primum in Italia visi.

Anno 478. De Pyrrho triumphatum. nec vllus pulchrior in Vrbem, aut speciosior triūphus intrauit, quū ante hunc diem nihil nisi pecora Volscorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitium arma vidisset. Tum si dem die pater Philippus nūcium accepit victoriæ certaminis Olympici, ad quod quadrigarum currum miserat. Annus est Iphiti 421. Vixit annos 32. Per annos 12. trementem sub se orbem ferro pressit. Eius successores principes dilaniauerunt, & velut prædam opimam à magno Leone prostratam, auidi catuli discerpserunt. In ijs variæ mutationes & vicissitudines extiterunt. Verum Ægyptus penes Lagidas perpetuo fuit, ad pugnam vsque Actiacam: Asia fere penes Seleucidas vsque ad Tigranem. Ideoque horum seriem prosequimur.

captiuos

captiuos aſpiceres, Moloſſi, Theſſali, Macedones, Brutius, Appulus, atque Lucanus: ſi pompas, aurum, purpura, ſigna, tabulæ Tarentinæque delitiæ. Sed nihil libentius populus Rom. aſpexit, quàm illas quas timuerat cum turribus ſuis belluas, quæ non ſine ſenſu captiuitatis, ſummiſſis ceruicibus victores ſequebantur.

Anno 481. bellum Samniticum & Tarentinum cõfectum eſt, actis de Samnitibus 31. triumphis. Victis porrò Tarentinis, Pyrrho, Samnitibus, Lucanis, & paulo ante Ethruſcis, magna pars Italiæ in poteſtatem Romanorum redacta eſt.

Anno 484. expugnato caſtello quod occupauerat Lollius Samnis Romæ obſes, qui fuga euaſerat, magna vis pecuniarum Romanis acceſſit, vt denarius argenteus ſignatus & vſurpatus fuerit.

Anno 486. Salentini, Brunduſiníque capti Romanas opes mirum in modum auxerunt. Tertio poſt anno, bellum Punicum primum excitatum eſt, & anno proximo ſuſceptum. Nondum ante hæc tempora mota arma fuerant extra Italiam, quamuis ab Vrbe cõdita nunquam arma ceſſaſſent. Expugnati circa id tempus Vulſini, & oppidum à M. Fuluio Flacco propter duo millia ſtatuarum euerſum. Anno 492. claſſem belli gerendi cauſa Romani primùm habuerunt 100. quinqueremium, & triremium 20.

Anno 512. fœdera Carthaginienſium cũ Romanis, Amilcaris manu ſcri-

Anni mundi				Anni Christi
		❦ Philadelphus Pyrrhi clade audita, amicitiam pepigit cum Romanis.		270
3760		Anno regni 17. ſacra volumina in linguam Græcam conuerſa ſunt à 70.		
				260
3770		Secunda PERIODVS ❦ Calippi.	* 3. Antiochus Deus, 15.	
				250
3780	* 3. Ptol.		* 4.	
	Euergetes an. 26.		Seleucus Callinicus 20.	240
3790				
				230
3800			* 5. Seleu-	

Anni mundi.				Anni Christi.
3810	* 4. Ptol. Philopator an. 17.	* 6. Antiochus Magnus an. 36.	Seleucus Ceraunus. 2.	220
3820	* 5. Ptol. Epiphanes an. 24.			210
3830				200
3840	* 6. Ptol. Philometor 35.		* 7. Seleucus Philopator. an. 12.	190
3850		✤ Tertia PERIODVS Calippi.	* 8. Ant.	180

Demonstrat.

pta sunt. Pœni Sicilia & omnibus insulis quæ inter Italiam & Africam sunt, excedunto. Duo millia & 200. talenta in annos 20. pendunto. In præsens 1000. captiuos Rom. sine pretio reddūto. Vtriusque populi socij apud vtrunq; populum tuti sunto. Alterius socios neuter in amicitiam recipito, neuter in alieno imperio imperato, néve in amicitiā recipito.

Anno V.C. 518. Mundi 3788. Sardinia subacta prima populi Rom. prouincia facta est. Anno 525. Illyrij subacti dedunt se Romanis.

Anno 538. Mūdi 3808. Bellum Punicum secundum susceptum. Cuius anno 3. clades Cannensis incidit. Anno 538. omnes prope populi Hispanię ad Romanos defecerunt. In Sicilia, Hierone mortuo, Hieronymus nepos eius, fœdus cū Annibale fecit. ac post à coniuratis interfectus est. Anno sequente, Marcellus Syracusas oppugnat, quas ne caperet, vnius Archimedis industria prohibuit.

Anno 540. Syracusis subactis, tota Sicilia prouincia Rom. facta est. Anno 549. Magna mater Idæa Romam accita est ex Phrygio Pessinunte, ac legatis Ro. tradita per Attalum Regem Asię, & Romam deportata: cui Ludi Megalēses instituti. Idęa ista Mater, lapis fuit non magnus, qui manu ferri potuit, coloris atri, indolatus, & asper, quem matrem Deûm incolæ vocabant. Liuio, Arnobio.

Anno 552. Pacis conditionibus ab Afris reiectis, pugna inita cum Annibale, Scipio victor euasit. Inuenta in castris Annibalis

Annibalis argenti pondo 200.millia.auri 800.pondo. Pax facta cum Carthaginiensibus argenti talētum 10. millia descripta, pensionibus æquis in annos 50. soluere iussis. Scipio triumpho Vrbem inuectus,argenti tulit in ærarium pondo 100023. Tum bellum Macedonicum initum pro Athenienſib.Re prosperè gesta,pax Philippo Macedoni data est,terna millia pondo argenti per annos 10. soluere iusso. De eo & Macedonia triūphatum à Flaminio. Inuecta eo triumpho auri conflati pondo 3703. argenti 43270. aureorū Philippeorum 14514.

Anno 563. triumphatum est de Antiocho Magno, & Ætolis. Rursus anno 564. de Antiocho triumphatum, cui ex lege pacis imperatum vt 15. millia talentum Euboicorum daret, & 1000. talentum,per annos 12.penderet.

Anno 587. de Perse Rege Macedonum, & Gentio Illyrij Rege triumphatum. Bis millies centies HS. in ærarium ab L. Aimilio Paulo illatum. HS. ducenties ex præda redactum, à Cn.Octauio, præter aurum & argentum quod in ærarium illatum est.

Anno 604. bellum Punicum tertium susceptum, quod intra quadrienniū Carthaginis exitio terminatum est. Africa in potestatem redacta. P. Scipio in triumpho quater millies quadringinta 70.millia pondo argenti præ se tulit,anno 607. Quo anno Achæis deuictis, Corintho, Thebis,Chalcide dirutis,Græciæ tributum impositum est,& à Q.Cæcilio Me-

Anni mundi						Anni Christi
3860	♣	♣ Templum ab Antiocho Epiphane profanatum, Idolo Iouis in altari extructo. * Matathias. Iudas Machabęus.		Antiochus Epiphanes an.11.	*	170
3870		* Ionathas.	* 10. Demetrius Soter an.9.	9. Antiochus Eupator 3.		160
3880	* 7.	* Simon.	* 11. Demetrius Nicanor an.4.	* 11. Alexander Nobilis an.5.		150
3890	Physcon,vel Euergetes an. 29.	*Hircan'	* 13. Antiochus Deus Alexandri filius 4. / * 14. Tryphon.	* 15.		140
3900			17. Alex- an.3.	* 16. Nicanor 4.	Antiochus Sedetes,7.	130

Anno Græcorum 143. sceleratissimus Antiochus Ierosolymam diripuit. Anno D 145. Tēplū prophanauit, Idolo Iouis abominando, in altari extructo. Tyranno resistit Matathias sacerdos, eiusq. filij Iudas Machabæus, Ionathas, Simon.

Anni mundi.					Anni Christi.
3910	* 8. Lathyrus an. 15.		Alexander Zebina 1.	* 18. Antiochus Gryphus 12.	120
3920		* Varro nascitur. * Aristobulus. * Alexander.	* 19. Antiochus Cyzicenus 18.		110
3930	* 9. Alexander an. 10.				100
3940	*	* Lathyrus iterum 8. * 25.	* 23. Demetrius & Philippus an. 1. * 24. Philippus solus 2. * 22. Antiochus frater Seleuci an. 1. * 21. Antiochus	* 20. Seleucus filius Gryphi 3.	90
3950	10. Auletes an. 30.	Tigranes an. 18. *Alexandra.	Eusebius Cyziceni filius an. 1.		80

Demonstrat.

tello triumphatum.

Anno 620. Mundi 3890. Numantia deleta, Scipio Hispaniã in Romanorum potestatem redegit. In triumpho 12. millia pondo argenti translata.

Anno 622. Mundi 3892. Gallia Narbonensis in prouinciam redacta est.

Anno 642. Mundi 3912. bellum Iugurthinum initum, quod Marius confecit anno 649. Iugurtham & eius filios duos in triumphum egit. Illata sunt auri pondo 3007. argenti non signati pondo 5775. signati 28700. Numidia in potestatem populi Romani peruenit.

Anno 647. Cepio Consul Tolosa Tectosagũ vrbe direpta, auri pondo 11000. argenti quinquies decies centum millia, è Templis abstulit. Quod Cepioni & vniuerso exercitui malè cessit, vt & Cassio, qui anno superiore cum Tigurinis idem fecerat. Sequentibus annis bella multa ingruunt: Lusitanicum, Cimbricum, Seruile, Siculum, Marsicum siue Italicum, Sociale, Mithridaticum, Marianum ciuile, Sertorianum, Spartacium, Piraticum, Creticum. Bello Mariano Sulla victoria potitus anno 671. eam crudelitate quanta in nullo homine vnquam fuit, inquinauit. 8000. dedititios in villa publica trucidauit. tabulam proscriptionis fixit. Vrbẽ & vniuersam Italiam cædibus repleuit. Prænestinos inermes concidi iussit. M. Marium Senatorij ordinis virum, cruribus brachijsque fractis, auribus præsectis, & effossis oculis, necauit. Fœlicem se vocari voluit, &

Dictatorem

Dictatorem perpetuum creari, primúsque fascibus 24. prælatis, & custodibus corporis sui aduocatis, Dictatoria potestate abusus est, post annos 400. quàm primus Dictator T. Lartius dictus fuerat: Quinquennio tamen eam tantùm retinuit. Tum publico à se dimisso præsidio, palàm dixit se omnium à se gestarum rerum paratum esse rationem reddere.

Anno 687. Pompeius Tigranem in deditionem accepit, eíque adēptis Syria, Phœnice & Sicilia, regnum Armeniæ restituit. Idem Templum Ierosolymitanum capit anno 690. & Iudæis tributum imperat, Imperiúmq; Rom. ad Euphratem vsque protēdit. Per id tempus Catilinæ coniuratio patefacta est, & consilio Ciceronis Cos. oppressa.

Anno 692. Pompeius totius orbis triumphū egit. Tum fit conspiratio inter tres principes ciuitatis, Cn. Pompeium, M. Crassum, & Cæsarem, anno 693.

Anno 695. Bellum Gallicum Trāsalpinum, quod Cæsar per 9. annos gessit.

Anno 696. Ptolemæus Rex Ægypti regno pulsus, Romam venit, reductus est à Gabinio.

Anno 697. Ptolemæus Rex Cypri, Romanis fœderatus & socius, proscribi sine vlla culpa iussus, ob ærarij Rom. angustias, veneno mortem sibi consciuit. Cypro in prouinciam redacta, regias opes quæ pretiosissimæ fuerunt, Romam Cato aduexit. Sic Crassus in Parthos, Cæsar in Gallias, vtrosque pacatos, &

Anni mundi			Anni Christi
		* Hircanus Aristobulus.	70
3960		* Augustus nascitur 9. Calend. Octob.	
			60
3970	*		
	11. Cleopatra Regina ann. 21.		50
3980		♣ Triumuiratus Romæ. 5.	
		Calend. Decemb.	40
3990		♠ Herodes capit Ierosolymam.	
		* AVGVSTVS Antonio ad Actium superato, extinctáque Cleopatra, rerum potitur.	30
4000		+ Varro moritur.	

Anni mundi.		*Anni Christi.*
		20
4010	Romæ Triumphi desierunt, triumphalibus tantum ornamentis decretis in posterum.	
		10
4020		
4030	CHRISTVS Dei filius homo natus ex Virgine Deus, exhibitus vltimis temporibus, propter eos qui per eum Deo confidunt.	10
4040	Augustus excessit 14. Calend. Septemb. Tiberius Imperium excepit.	20
4050		30

EPOCHE CHRISTIANÆ.

30

30

Demonstrat.

innoxios, arma mouerunt.

Anno 705. Pompeius in Pharsalia victus à Cæsare, fugiens, occiditur in Ægypto, annos natus 59.

Anno 707. Mundi 3977. Cęsar triumphis 4. actis, annum ordinauit, & anno proximo emendationem promulgauit.

Anno 709. interfectus est in curia Pompeij, natus annos 56. C. Octauius sororis Cæsaris nepos, Cæsaris nomen ex testamento sumpsit.

Anno 710. Mundi 3980. Octauius Consulatum inijt, antequam 20. annos implesset, 10. Calend. Octob. Idem & M. Antonius, & M. Lepidus, se Triumuiros Reip. cum summo imperio in quinquennium renunciarunt. Quo exacto, in alterum quinquennium Triumuiratum protulerunt. Sed anno 717. coactus est ab Octauio Lepidus abdicare. Anno 722. victo ad Actium Antonio, & Cleopatra anno sequenti extincta, vniuersum Imperium Rom. ad Cæsarem Octauium recidit. Ægyptus Imperio Rom. adiecta est 6. Cal. April. eique præpositus est Cn. Cornelius Gallus, quem primum Ægyptus Romanum Iudicem habuit.

Artibus istis Roma rerum domina facta est.

CHRISTVS.

CHRISTVM Dei filium natum esse ex Virgine, anno 42. Augusti, constans omnium ferè sententia est, Ecclesię Romanæ natalitium celebrant, 8. Cal. Ianuarij, in anni exitu. Inde creditum est natum

natum fuisse bruma. Mathematici Epochen Christi instituerunt initio Ianuarij insequentis, quem ordiuntur à postrema Decembris meridie; annis exactis, ab Vrbe Roma 752. à prima Olympiade 776. Sed 15. annus non potest esse 42. Augusti, cuius initium ducunt à Triumuiratu, sed est 43. incipiens. Hinc nobis oblata occasio est de annorum Christi initio accuratius exquirendi. Sacris igitur & Cœlo consultis, comperimus Christum natum fuisse anno Augusti Imper. 41. sub Veris initium, anno Mundi 4021. Romæ 751. Iphitis 774. Et Christi natalem duobus annis posteriorem adnotatum fuisse. Qua de re pluribus egimus lib. 2. cano. 7. Baptizatus est anno Tiberij 15. Cruci affixus, anno Tiberij 19. Iphiti 808. 3. Non. April. feria 6. ♀. natus annos 34.

ʒ Cùm Ierosolyma à Vespasiano obsideretur, coiit ad sacrificandum, quo tempore Pascha agebatur, Iudæorum ingens multitudo. Nam in sacrificijs societas quædam erat ex 10. hominibus minimùm collecta. Neque enim licebat vt vnus sacrificaret solus, vel epularetur, sed sæpe 20. in vnum congregabantur. Numerata sunt sacrificia 255600. quibus si denos tantum distribuas, efficies 2556000. Eusebius.

Anni mundi.	Lib. I.	Anni Christi.
	* CHRISTVS baptisatus in Iordane.	
	* CHRISTVS damnatus ab Ecclesiæ proceribus, morte superata, reuiuiscit, & ascendit in cœlos.	
4060	* Caligula.	40
	* Claudius.	
4070		50
	Nero Cæsarum vltimus, Christianos grauissimè oppressit. *	
4080		60
	Galba. Otho. Vitellius.	
4090	* Vespasianus, à quo Ierosolyma euersa est. *	70
	ʒ	
4100	* Titus Christianorum hostis.	80

Anni mundi.		*Anni Christi.*
4110	Domitianus, vt Dominus * Deúsque noster, coli voluit.	90
4120	Nerua, Christianos ab exilio * reuocauit. * Traianus Christianos rursum afflixit, ne religionis causa	100
4130	detrimentum adferret Imperio Rom.	110
4140	* Adrianus.	120
4150		130

Demonstrat.

Domitianus summam in Christianos sæuitiam exercuit, stirpem Dauidicam delere conatus, quòd à regno Christi metueret. Apostoli Iudæ nepotes duo ab eo acciti, quòd essent de genere Dauidico, responderunt se possidere nouem millia denariorum, non in argento, sed in censu agrorum quos habebant ad 39. iugera.

Neruæ decreto, S. Ioannes ab exilio reuocatus est. Ephesi conscribit Euangelium. Excessit sub initium Traiani.

Adrianus Christo templum extruere, eúmque inter Deos referre cogitauit. Christianos sine criminis obiectu & probatione damnari vetuit. Lamprid. Oros.

Antonius

Antoninus Pius in Christum impius, tantæ fuit æquitatis & gratiæ, vt plurimæ nationes, quæ Romanorum vim repulerant, quæque ab ijs desciuerant, vltro se ei subiecerint.

4160	* Antoninus Pius Christianos oppressit.	140
4170		150
4180		160
4190	** M. Antoninus Philosophus, & L. Aurelius Verus fratres. Hic 9. ille 20. annis imperauit, & in Christianos sæuijt atrocissimè.	170
4200		180

Hic primùm Augusti duo simul regnant, Antoninus & Aurelius fratres. Per id tempus Mauri, omnes prope Hispanias vastarunt. Capitol.

Anni mundi.		*Anni Christi.*
4210	* Commodus.	190
4220	* Hel. Pertinax. Seuer. Iulianus Pescenninus Nigerinus, Albinus. L. Septimius Seuerus Pertinax. Christianos sub graui pœna fieri vetuit.	200
4230		210
4240	* Caracalla. * M. Opelius, Macrinus, Alagabalus.	220
4250	* Seuerus Alexander Christianis propitius. Huius mater ab Origene Christianam religionem edocta est.	230

Demonstrat.

Didius Iulianus data pecunia, primus Imperium mercatus est.

Anno Christiano 200. Persæ Imperium, quo ab Alexandri temporibus caruerant, recipiunt. Artaxerxe Persa Rege creato, & necato Artabano Parthorum Rege: idque retinuerunt vsque ad Hormisdam à Saracenis interfectum, anno 623.

Decius

Anni mundi.		Anni Christi.
	Maximinus cum filio Maximo.	
	* M. Antonius Gordianus Senior.	
4260		240
	Balbinus. Pupienus. Gordianus.	
	* Philippus. Primus Romanorum principum Christianus.	
4270	* Decius.	250
	* Gallus.	
	* Æmilianus.	
	Valerianus.	
4280		260
	* Galienus.	
4290	* Claudius.	270
	* Aurelianus.	
	* Tacitus.	
	* Florianus.	
	* Probus.	
4300		280

Decius in Christianos omnem atrocitatem exercuit. Eo imperante, Gothi primùm Romanis bellum intulerunt, quo Decius demersus est, filius occisus. Fœdere cum Gothis icto, Gallus Imp. eis tributum pendit.

Valerianus cum Christianos immaniter laceraſſet, à Sapore Perſarum Rege captus, illi conſcenſuro equum, ceruicem loco ſubſellij ſubijcere coactus eſt.

Galieno principe, libidini & helluationi vacante, Scythæ Bithyniam inuadunt, ac præter bellicas clades quibus Romanus orbis concuſſus eſt, etiam terræ motus fuit, & tenebræ per multos dies, tonitruum auditum, terra mugiente, non tonante Ioue, hiatus terræ plurimis locis fuerunt, mota Roma, mota Lybia, maria multa vrbes occuparunt. Peſtilentia tanta extitit, vt vno die quinque millia hominum pari morbo perirent. Pax Deûm quæſita, inſpectis Sibyllæ libris, factúmque Ioui ſalutari ſacrificium. Ammian. Marcell.

Anni mundi.		*Anni Christi.*
4310	* Carus. * Carinus. * Numerianus. Diocletianus. Herculius.	290
4320		300
4330	Galerius. * Constantius. CONSTANTINVS. * Maxentius.	310
4340	Licinius. * * Maxentius victus à Constantino.	320
4350	* Licinius abdicare coactus	330

Demonstrat.

Diocletianus, Amilini Senatoris filius, matre atque oppido nomine Dioclea, Diocles appellatus est. Imperio sumpto, Graium nomen in Romanum conuertit. Eo imperante, Christiani extrema passi sunt. Anno Imperij 19. edixit vt Ecclesiæ solo æquarentur, & sacra volumina exurerentur. Is & Herculius tandem abdicarunt. Suffecti sunt Constantius Chlorus, & Galerius Maximianus. Hic annis 7. imperauit, ille vita functus est anno 2. Olymp. 271. 8. Cal. August. Cuius filius Constantinus declaratus est Imperator in Britannia, Romæ Maxentius.

Annis 362. ab Augusti imperio siue Actiaca victoria transactis, Constantinopolis dedicata est à Constantino, & lex in columna lapidea incisa, vt Byzantium Constantinopolis diceretur. Socrat. Suid. Zonar. Annus est Mundi 4354. Epochæ Christianæ 332.

Constantino

Chronolog.

Constantino vita functo, ad tres recidit orbis Romani dominatio; Constantinum, Constantium, & Constantem, Constantini Magni filios. Constantinus Iunior cuncta trans Alpes obtinuit: Constantius à freto Propontidis Asiam atque Orientem: Constans Illyricum, Italiam, Africam, Dalmatiam, Thraciam, Macedoniam, & Achaiam. Sed post occisum à Magnentio Constantinum, imperauit Constans etiam in Gallijs & Occidente. Ita diuisum est Imperium in Orientale & Occidentale.

Valente & Valentiniano principibus, Occidentis Imperium corruit: Francis, Gallias: Anglis & Scotis, Britanniam: Vandalis, Africam & ipsam Romam populantibus: Hunnis Europam vexantibus & Italiam.

Anni mundi.	Lib. I.	*Anni Christi.*
	* Constantinopoleos encænia.	
4360	Constantinus obijt. * Constantinus filius cum fratribus Constantio & Constante imperat.	340
4370		350
4380	Magnentius Imperator in Gal- * lijs.	360
4390	* Iulianus. * Iouianus. * Valentinianus Imperator in Occidente. Valens in Oriente.	370
4400	Valentinianus Iunior, & Gratia- * nus in Occidente.	380

Anni mundi.	Orientis.	Occidentis.	*Anni Christi.*
4410	* Theodosius.	* Eugenius. * Honorius.	390
4420	* Arcadius.		400
4430	* Theodosius 2.		410
4440		* Alaricus Romam diripit.	420
4450		* Fl. Ioãnes. Fl. Placidius * Valentinianus.	430

Demonstrat.

Anno Christiano 399. Gainas Gothus, magister vtriusque militiæ, Imperium in Oriente arripit, aduersus Arcadium. Occisus est mense Februario an. 401.

Anno 406. prid. Calend. Vandali & Alani Gallias, traiecto Rheno, ingressi sunt.

Anno 410. a. d. 9. Calend. Septemb. Roma à Gothis primùm capta est, Alarico duce. Qua obsessa, castaneæ loco frumenti fuerunt, & nõnullis etiam cibo fuit caro humana. In Capitolio & reliquis templis Dijs sacrificatum est, accitis ab Vrbis Hyparcho Thuscis, qui fulminibus & tonitruis abacturos esse barbaros pollicebantur. Socrat.

Anno 413. Burgundiones partem Galliæ Rheno propinquam obtinuerunt.

Anno 415. Gothi ad Hispanias migrant.

Anno 426. Clodius Pharamundi filius, in Gallias irrumpit.

Anno 427. Vandali ab Hispania in Africam transeunt.

Anno

Anno Christiano 430. a.d.9.Calend. April. Vrbs Venetiarum in riuo alto condi cœpta est. Quò mox confugiunt multi, Attilæ Hunni metu, qui Gallia pulsus, in Hungariam, indéque in Italiam irruperat.

Anno 435. Vandalis facta pace, Africæ regio Hipponensis, data est ad habitandum in triennium.

Eodem anno, Luciano & Herodiano Coss. Burgundiones Rhenum traiecti in Heduorum, Lingonum, & Sequanorum agris ciuitatibúsque considere cœperunt. A quibus regio Burgundia dicta est.

Anno 439. Carthago capta est à Genserico Vandalorum Rege, 14. Calend. Nouemb.

Anno 442. Hunni Thraciam & Illyricum depopulantur.

Anno 455. prid. Id. Iunij, Gensericus Romam captam deprædatur per dies 14.

Anni mundi.	Impp. Orientis.	Occidentis.	*Anni Christi.*
4460			440
4470			450
4480	* Martianus * Leo.	Anicius Maximus. * Fl. Auitus. * Valerius Maiorianus.	460
4490		Quo abdicante, Vibius Seuerus imperat. * Anthemius.	470
4500	* Leo Iunior. * Zeno. Martianus * contra Zenonem.	Olybrius. * Leo Iunior. * Glic. Nep. Momill. Augustulus. ODOACER Gothorum primus Imperat. Roman.	480

Anni mundi.			*Anni Christi.*
4510			490
4520	Anastasius. * Dicorus.	Theodoritus * Amalus Rex Gothorum & Italiæ.	500
4530			510
4540	Anicius Iusti- * nus.		520
4550	Anicius Iusti- * nianus.	* Athalaricus.	530

Demonstrat.

Anno Christiano 508. Romanus Comes domesticorum, & Rusticus Comes Scholæ, cum 100. nauibus armatis, totidémque dromonibus, 8. millia armatorum secum ferentibus, Italiæ littora vsque ad Tarentum, deprædati sunt; & turpem victoriam Romani ex Romanis partam Anastasio reportarunt.

Anno

Anno 534. Carthago erepta eſt Gothis.

Anno Chriſti 546. menſe Decemb. Romam quæ ſuperiori ſæculo Alarici & Genſerici clades pertulerat, biennium obſeſſam, & fame oppreſſam, Totilas capit. Miles obuios paſſim interficit, rebus direptis captiuos abducit, ædificia incendit, & vrbem ita vaſtam reddit, vt beſtiæ tantum in ea morarentur: fitque ex oraculo Sibyllino, Ρώμη ρώμη: ſpiritu quodam Totilam ad id accendente. Marcell. Niceph.

Anno 553. Gothi Italia pulſi ſunt, eáque addita Orientis Imperio. Biennio poſt Lòngobardi, gens Scythica, Pannoniis egreſſi, duce Alboino Andoini filio, Italiam inuaſerunt, pulſis Imperatoris præſidijs, ibíque Longobardorum Regnum conſtituerunt ad annos 206.

Anni mundi			Anni Chriſti
4560		* Theodatus. * Vitiges.	540
4570		* Ildoualdus. * Araricus Rogus Totilas. Romam diripit. ♣	550
4580		Theias, Quo occiſo * , Narſes Gothos Italia expulit.	560
4590	* Iuſtinus Iunior.	ALBOINVS Rex Longobardorum. ♣	570
4600	Tiberius Anicius * Conſtantinus.	* Clephis regnat anno 1 1/2 Poſt quem Interregnũ ann. 110.	580

Anni mundi.			*Anni Christi.*
		Romæ desitũ est Latinè loqui. Sabell.	
	Tib. Mauricius.	* Autharis.	
4610		* Agilulph^s.	590
4620			600
	Phocas Imperium arripit. Mauricij filijs abdicare coactis.		
4630			610
	* Heraclius.	* Aldoualdᵖ.	
4640			620
4650			630

Demonstrat.

Romæ desitum est Latinè loqui. Sabellius.

Phocas Mauricio perfidiosè interfecto, Imperium adeptus, Bonifacium 3. Rom. Episcopum, omnium principem declarauit. Cum paulò antè Vniuersi elogium Antichristo Gregorius Magnus attribuisset. Inde Roma censita Cœli Terræque domina. Egnat.

Mahumet, qui & Muhamed, tyrannidem assumit. Hinc anni Alhigeræ. Quorum initium ducunt, ab anno Christiano currente 622. Iulij die 16. feria 6.

Anno 638. Saraceni Ierosolymam capiunt, & diripiunt, postquam biennium obsessa fuisset.

Anno 640. Perside potiuntur. Per id tempus Gothi Hispaniæ ciuitates à Romanis subtrahunt. Atque hîc desijt in Hispania Romanum Imperium.

Constans Imper. Romam spoliat, & pretiosa quæque Byzantium deportari curat. Sabellius. Per id tempus Saraceni, duce Muhauia Gizid, expulsis Vandalis & Romanis, Africam occuparunt.

Vitalianus populus Romanus organa musica in ecclesias inuexit.

Anni mundi.			Anni Christi.
4660		Rotharis * Harodus.	640
4670	Heraclius * Constantinus. Heracleonas Constans.		650
4680		* Rodoaldus. * Aribertus.	660
4690		* Gundebert° cum fratre Perthariho. * Grimoaldus.	670
4700	* Constantinus Pogonatus.	Garibald° mé- * ses 3. Quo fugato Perthariho regnum recipit.	680

Anni mundi.			Anni Christi.
4710	* Iustinianus.		690
4720	* Leontius.	* Cunibertus.	700
4730	* Tiberius Absimarus. Iustinianus * Absimaro abdicare coacto, rursus imperat cum filio	* Luithbertus. * Ragumbertus. Aribert.	710
4740	Constantino. * Philippicus Bardanes. * Arthemius Anastasius. Theodosius Adramitenus. Leo Conon	Asprandus. * Luithprandus.	720
4750	Isauricus. εἰκονομάχος		730

Demonstrat.

Anno 708. Saraceni Hispaniam inuadunt.

Anno 721. Burdegalam diripiunt, mox à Carolo Martello repressi.

Constantinus.

4760			740
4770	Constantinus * Copronymus.	Hildebrādus. * Quo mox eiecto, Rachis imperat.	750
4780	Leo, Copronymi filius, * imperat cum patre.	* Aistulphus. * Desiderius.	760
4790			770
4800	* Leo post excessum patris, imperat cum fratribus.	Carolus Magnus Desiderio capto, & in exilium acto, regnū Longobardorum ad Francos trāstulit.	780

Anni mundi.			*Anni Christi.*
4810	Constantinus * Porphyrogenitus cum Irene matre, annis 10. Pòst solus annis 6. Rursus Irene ann. 5. sed tandem abdicare coacta.	* Pipinus R. Italiæ.	790
4820			800
4830	* Cl. Nicephorus.	CAROLVS * Magnus, Imperator Romanus.	810
4840	Stauratius. * Michaël Rangabes. Leo Armenius.	Ludouicus * Pius in Frãcia Imperator Romanus.	820
4850	Michaël Balbus. *	* Lotharius.	830

Demonstrat.

Anno 787. Nicenum Concilium secundum ab Irene coactum, templis imagines restituit. Non multo pòst Constantinus adultus matrem Imperio deijcit: Nicephorum imperatorio stẽmate insignem, oculorum & linguæ vsu priuat: Theodoram concubinam, Maria vxore monasterio inclusa, inducit matris consilio: Sed eadem paulò post à Nicephoro pellitur, & in Lesbum insulam relegatur. Egnat.

Anni mundi.			Anni Christi.
4860	* Fl. Theophilus.		840
4870	* Michaël 3.	Ludouico Pio * vita functo, Lotharius filius imperat.	850
4880		* Ludouicus 2.	860
4890	* Basilius Macedo.		870
4900		* Carolus Caluus * Ludo. Balbus.	880

Anno 870. Turcæ primùm capiunt Persidem, deinde Babylonem, ac paulatim Regnum Saracenicum occupant.

Demonstrat.

Anni mundi.			Anni Christi.
4910	Albategnij æquinoctium autum. * Leo Porphyrogenitus.	* Carolus Crassus. * Arnulphus.	890
4920			900
4930	Fl. Alexander * Pius.	*Ludouic° 4.	910
4940	* Fl. Constantinus 8. imper. ann. 50. Sed primùm 12. cũ matre Zoa.	* Conradus.	920
4950	Romanus Lecapenus * cũ Constantino 8. genero suo annis 26.	* Henricus Auceps.	930

Romanu

Anni mundi.			Anni Christi.
4960		* Otho Magnus.	940
4970	Roman* Porphyrogenitus Aug. Imp. cũ *patre an. 15.		950
4980			960
4990	* Romanus puer Porphyrogenitus. * Nicephorus. Phocas.		970
5000	* Ioan. Zimisca. Basilius Por* phyrogenitus.	* Otho. 2.	980

Anno Christi 961. Enecus Regnum Nauarræ auspicatur.

Anni mundi.			*Anni Christi.*
5010		* Otho 3. *	990
5020			1000
5030		Hericus Iunior * Claudus.	1010
5040			1020
5050	* Constantinus frater Basilij. * Romanus Argyropolus.	* Conradus Saliquus.	1030

Demonstrat.

Michaël

5060	* Michaël Paphlagon.		1040
5070	Michaël Ca- * laphatus. * Zoe & Theodora sorores, imperāt mens. 2. Deinde Constantinus Monomachus ducta Zoa in vxorē, imp. an. 13.	* Henricus 2.	1050
5080	* Theodora sola imperat ann. 2. * Michaël Stra- * tioticus	* Henricus 3.	1060
5090	Isaacus Comnenus Constātinus Ducas. Eudocia Constantini vxor, cum filijs, im- * perat mens. 7. Qua in vxo-		1070
5100	rem ducta, Romanus Diogenes imperat ann. 3 ½. Post quem Michaël Ducas Parapinacius eiecto Diogene, ann. 6 ½. Nicephorus Bryēnius eie-		1080

Anni mundi.			*Anni Christi.*
5110	& o Diogene ann. 6½. Niccphorus Bryennius. Nicephorus Botoniates. Alexius Comnenus.		1090
5120			1100
5130		* Hericus 4.	1110
5140	Caloioannes * Comnenus.		1120
5150		* Lotharius.	1130

Demonstrat.

Anno 1098. Ierosolyma Saracenis erepta, Godefridus Bullionius Rex creatur.

Anno 1138. Alphonſus Alphonſi 6. Hiſpaniæ Regis ex Taraſia nepos, Rex Portugalliæ primus ſalutatus eſt.

Anni mundi.			Anni Christi.
5160			1140
	* Manuel Comnenus.	* Conradus.	
5170			1150
		* Fredericus Ahenobarbus.	
5180			1160
5190			1170
5200			1180

Anni mundi.			Anni Christi.
	Alexius Comnenus.		
	Andronicus Comnenus.		
	Isaacius Angelus.		
5210			1190
		Henricus 5.	
	Alexius 3. Angelus Cõnenus excecato fratre Alexio.		
5220			1200
	Isaacius Imperio recepto, mox obiit. Alexius filius, strangulatur ab Alexio Duca, qui cùm duobus mensibus imperasset, fuga	Philippus, Frederici filius contra Othonẽ 4. an. 9. Otho contra Philippum ann. 19. Philippo occiso, Otho solus.	
5230			1210
	se subduxit. Succedit Theodorus Lascaris. Imperat extorris vrbe an. 18	Fredericus cõtra Othonẽ excõmunicatum, & mox Imperio priuatum, ab Innocentio Pp. Imper. ann. 40.	
5240			1220
	Ioannes Ducas 3. Imp. ann. 33.		
5250			1230

Demonstrat.

Anno 1203. Constantinopoli capta, Balduinus Imperator Constantinopolitanus declaratur. Anno proximo capitur à Scythis, & miserè trucidatur.

Anno

Anni mundi.			Anni Christi.
5260			1240
5270		Guillelmus *Holādus aduersus Fredericum & Conradum ann. 9.	1250
5280	* Theodorus Lascaris.	Cōradus 4. an. *3½. Sed cū patre Frederico iam imperarat ann. 17. Richard' An- *glus aduer-	1260
5290	* Ioannes Lascaris. *Michaël Palæologus Latinos eiecit è Græcia.	sus Alphonsum. Alphōsus Hispanus cōtra Ricardūan. 15	1270
5300		* Rodolphus Habspurgensis abdicāte Alphonso imp. an. 18.	1280

Anni mundi.			*Anni Christi.*
5310	* Andronicus Palæologus.		1290
5320		* Adolphus Nassauiensis. Albertus Dux * Austriæ.	1300
5330		Henricus 6. * Luxemburgensis.	1310
5340		* Ludouicus Bauarus.	1320
5350	Andronicus Iunior inauguratus est Imperator. Quarto post anno Constantinopoli noctu * capta, auo suo Imperium eripit.		1330

Demonstrat.

Bombarda

Bombarda, Sathanicum Bertholdi Schuuartij Chymici monachi inuētum.

Anni mundi.			Anni Christi.
5360	Ioannes Cantacuzenus.		1340
5370		Carolus 4. in schismate contra Ludouicū 5. excommunicatum an. 3.	1350
5380	Ioannes 6. Palæologus.	Gunterus contra Carolum 4. ann. 6.	1360
5390			1370
5400		Vēceslaus, Caroli 4. filius, annis 24. Cui postea Imperium abrogatum est.	1380

Anni mundi.			*Anni Christi.*
5410	Andronicus 4. * Paleologus. * Manuël.		1390
5420			1400
5430		Fredericus 4. * Imper. paucis diebus. Eo occiso, Robertus paruus Palatinus Rheni, anu. 10.	1410
5440	* Ioannes 7.	Ioannes Bar * batus méf. 6. * Sigismundus Caroli 4. filius.	1420
5450	* Ioannes 8.		1430

Demonstrat.

Typographia

Anni mundi.	Lib. I.		*Anni Christi.*
5460		* Albertus 5.	1440
5470	Constantinus * Palæolog⁹.	Fredericus 5. * ann. 53 ½	1450
5480	Mahometes * capta Constantinopoli postridie Pentecostes 4. Cal. Iunij.		1460
5490			1470
5500			1480

Typographia ab Ioanne Fausto, quem Gutmannum vocant, & Petro Schœfero Moguntiæ prolata; Donum Dei præstantissimum, quo Deus extremis temporibus vniuersum orbem inexcusabilem reddit: Quia iam non ex rerum creatarum consideratione, sed suo ipsius verbo in omnes terrarum partes, in omnes familias palam effuso, sese pate facit.

Anni mundi.			*Anni Christi.*
5510	* Baiazetes.		1490
5520		* Maximilianus ann. 25.	1500
5530	* Selimus.		1510
5540			1520
5550	* Solimanus.	* Carolus 5. ann. 38 ½.	1530

Demonstrat.

Anno 1492. Augusto mense, Christophorus Colombus nauigationem suscepit in Orbem Hesperium, quò peruenit mense Octobri.

Anno 1497. 7. Idus Iulij, Classis Lusitana, auspicijs Emanuelis Regis, portu soluit, quæ versus Ortum dirigens, Calecutium Indiæ appulit, anno 1498. 14. Cal. Iulij.

Anno

Anni mundi.			*Anni Christi.*
5560			1540
5570			1550
5580		Ferdinandus abdicante Carolo fratre.	1560
5590		Maximilianus * Ferdinandi frater.	1570
5600		* Rodolphus.	1580

Anno Christiano 1577. Mundi 5599. die 4. Septemb. 26. hora pomeridiana 10. 56. orbis Lunæ mutilari cœpit. Annus est à Nabonass. 2324.

Anni mundi.			*Anni Christi.*
5610			1590
5620			1600
5630			1610
5640			1620
5650			1630

Demonstrat.

5660

Anni mundi.	Lib. I.		*Anni Christi.*
5660			1640
5670			1650
5680			1660
5690			1670
5700			1680

Anni mundi.			*Anni Christi.*
5710			1690
5720			1700
5730			1710
5740			1720
5750			1730

Demonſtrat.

5760

Anni mundi.	Lib. I.		*Anni Christi.*
5760			1740
5770			1750
5780			1760
5790			1770
5800			1780

Anni mundi.			*Anni Christi.*
5810			1790
5820			1800
5830			1810
5840			1820
5850			1830

Demonstrat.

5860

Anni mundi.			*Anni Christi.*
5860			1840
5870			1850
5880			1860
5890			1870
5900			1880

Anni mundi.			*Anni Christi.*
5910			1890
5920			1900
5930			1910
5940			1920
5950			

Demonstrat.

5960

Anni mundi.			*Anni Christi.*
5960			1940
5970			1950
5980			1960
5990			1970
6000			1980

SYNOPSIS
TEMPORIS
PERPETVI.

INITIVM temporis

4020 — ADAM creatus à Deo de puluere terræ

3900 — * Seth naſcitur.

3800 — * Enos n.

3700 — * Kenan n. * Malaleel n.

3600 — * Iared n.

3500

3400 — * Henoch n. * Methuſalem n.

3300

3200 — * Lamech n.

3100 — + Adam moritur. * Enoch in cœlum tranſlatus.

3000 — + Seth moritur. * NOAH naſcitur.

2900 — + Enos m.

2800 — + Kenan m. + Malaleel m.

2700

2600 — + Iared m.

2500 — * Noa iubetur arcam extruere. * Iaphet n. * Sem n.

2400 — + Lamech. m. * + Methuſalem m. DILVVIVM. Arphaxat. n. * Sela n.

2300 — Heber n. * Phaleg n. * Reu n. * Sarug n.

2200 — * Nachor. * Thare.

2100 — Phaleg. m. Nachor m. + + Noah m. * Abraham n.

2000 — + Reu m. + Sarug. m. * Abraham euocatur è [Chaldæa. + Thare m. + Arphaxat. *

1900 — Iſaac n. + Sem. m. ** Eſau. Iacob. n. + Abraham m. + Heber m.

1800 — * Ioſephus n. + Iſaac m. + Iacob m

1700 — + Ioſeph m.

1600 — ** Aaron n. Moſes n. * Caleb. n * EXITVS de Aegypto

1500 — * Moſes m. IOSVE IVDICES.

1400

1300 — * Gedeon * Troiæ excidium * Iephthe

1200 — * Samſon. * Samuel

1100 — * DAVID Rex * Salomo

1000 — Roboam. Ieroboam.

900

800 — OLYMpiades. Roma Nabonassar

700 — Templi & Ierosolymæ excidium

600 — Babylon à Cyro capta.

500 — Danielis hebdomades 70. incipiunt

400 — Obitus Alexandri

300 — Bellum Punicum I. Bellum Punicum II.

200 — Iudas Machabæus Bellum Punicum III.

100 — Augustus rerũ potitur

CHRISTVS Dei filius homo

100 — Templum secundum solo æquatum

200

300 — Constantinus.

400 — Roma capta ab Alarico. Genfericus Romam deprædatur. Gothi Romanis imperant.

500 — Longobardi. Totilas Romam euertit ac diripit

600 — Mahumet.

700

800 — Carolus Magnus Imp. Augustus.

900 — Enecus Regni Nauarræ conditor.

1000

ELECTORES 7. Imperij.

1100

1200

1300 — Bombarda.

1400 — Typographia donum Dei præstantissimum.

1500

1600

1700

1800

1900

2000

SYNOPSEOS
FRVCTVS.

QVI DE ARTE memoriæ præcepta ſcriptis tradiderunt, hoc vnum ſpectaſſe videtur, vt certos ſibi locos haberent, in quibus ea quæ memoria tenere vellent, ita collocarent, vt ordinē rerum, locorū ordo conſeruaret. Ita enim primū Simonidem ferunt artem memoriæ protuliſſe. Cui apud Scopam cœnāti, cùm nunciatum eſſet vt prodiret, iuuenes ſtare ad ianuam duos quoſdam, qui eum magnopere euocarent, ipſe egreſſus neminem vidit. Hoc interim ſpatio, conclaue, vbi epulabatur Scopas, concidit. Ea ruina Scopas oppreſſus cum ſuis interijt, quos cum humare vellent ſui, neque poſſent obtritos internoſcere vllo modo, Simonides dicitur ex eo quod meminiſſet quo eorum loco quiſque cubuiſſet, demonſtrator vniuſcuiuſque ſepeliendi fuiſſe. Hac tum re admonitus, inueniſſe fertur ordinem eſſe maximè, qui memoriæ lumen adferret. Locos igitur & ordines temporum, Synopſis non multo labore ſuppeditabit. Ea ſex annorum chiliadibus conſtat in centenas partes diſtributis, quarum centeſima quæque decennium capit. Iam animo complectamur cuiuſque chiliadis initia. Ac prima quidem apparet conſpicua temporis principio. Secunda Noam naſcentem exhibet. Tertia Abrahamum euocat è Chaldæa. Quarta Salomonis idolatriam caſtigat regni dilaceratione. Quinta regem Meſſiam natum ex Virgine profert. Sextam illuſtrant electores Imperii. Profuerit & medias chiliadum partes in memoria habere. Itaque primæ chiliadis medium, hoc inſigne habebit, quòd nullum in eo notabile ſignum extet. Medio ſecundę, Arca Noæ conſtruitur. In tertiæ medio, excedunt AEgypto Iacobæi. Quartæ, Babylon à Cyro capta eſt. Quintæ, Roma diripitur à Genſerico. Vltimę, Typographia cœlitus demiſſa, mētes hominum craſſis ignorantiæ tenebris circunfuſas & ſemiſepultas, in rerum humanarum diuinarumque lucem reuocat. His locis perſpectis omnium ætatum & ſæculorum ordines memoria facilè tuebitur.

CHRONOLOGICARVM DEMONSTRATIONVM LIBER SECVNDVS.

SVPERIORE LIBRO Temporum ſeriem ab initio rerum, ad hunc annum Epochæ Chriſti vulgatæ 1580. per annos 5602. ſigillatim deduximus, eamque ita digeſſimus, vt & memoriam maximè juuet, & facillimam viam ſternat ad tempora non animo ſolùm, ſed oculis etiam percurrenda. Vno ſiquidem conſpectu ſingula ſæcula ſe offerunt; in decadas æqualiter diuiſa, quas rurſus in annos ſingulos, vbi opus eſſe viſum eſt, ſecuimus. Itaque quot chartas, tot ſæcula numeraueris. Sequitur quod eſt inſtituti operis præcipuum ac ſummum, vt certis & indubitatis argumentis quę nullomodo conuelli queant, demonſtremus, tempora ritè & ordine à nobis conſtituta eſſe, nec quidquam in annorùm ſerie vel deeſſe vel abundare doceamus. Quod vt explicatiùs exequamur, demonſtrationes noſtras partimur in octo Canones.

Chronologiæ Canones octo.

Ab initio temporis ad exitum diluuij numerantur anni	1656.	1656.
Ab exitu diluuij ad exortum Iſaaci anni	452.	2108.
Ab exortu Iſaaci ad exitum ex Aegypto	400.	2508.
Ab exitu ex Aegypto ad Templi Salomonici fundamenta	479.	2987.
Ab inchoato Templo ad eiuſdem euerſionem	428.	3415.
Ab euerſione Templi ad Alexandri imperium	276.	3691.
Ab Alexandri imperio ad Meſſiam	329.	4020.
A natali Meſſiæ ad finem anni Chriſti 1580.	1582.	5602.

Hic veriſſimus eſt Epilogiſmus annorum mundi. Chronologias omnes tum veteres tum recentes, quæ alium temporis cenſum proferunt, manifeſti erroris è ſacris & cœli voluminibus conuinci demonſtrationibus indubitatis confirmamus.

Canon primus.

Ab initio temporis ad exitum diluuij anni 1656.

Demonstratio primi Canonis.

Tempus est mensura cœlestis motionis. Ante cœlum tempus esse non potuit. Motio porro cœlestis dilucidius percipi non potest, quàm è Solis & Lunæ conuersionibus. A Deo siquidem posita sunt ea luminaria in Cœlo, vt tempora, dies, & annos efficerent. Itaque prisci, temporis mensuram à Sole & Luna duxerunt: Annum vocantes, spatium temporis quo Sol in eum locum restituitur, vnde moueri cœpit: eámque restitutionem fieri obseruarunt diebus 365. quadrante ferè: Lunam verò à Sole digressam, eundem rursus consequi diebus ferè 29.½: ídque spatium mensem vocarunt, à Luna quę μὴν Græcis dicta est, quasi Lunarem circuitum dicerent. Sol præterea diem efficit, vel ab ortu ad ortum, vel ab occasu ad occasum, vel à cœli medio ad eundem limitem. Tres hæ mensuræ annus, mensis, dies, è cœlo petitæ sunt: Ideóque immutabiles & perpetuæ. Horæ verò, Lustrum, Olympias, Indictio, Seculum, & si qua sunt aliæ temporum mensuræ, ex hominum sunt instituto: ideo perpetuæ non sunt. Cœlum diuiserunt in partes 12. quæ signa vocarunt. Spatium verò quo signum exoritur, horam appellarunt. Quæ vox aliàs tempestatem significat. Fuitque primum hora pars diei duodecima. vsu postea receptum est vt lux in horas 12. nox in totidem distribueretur. Sed initio fuit vespere & mane dies vnus. Horarum vsus Romæ serò receptus est. Sic Olympias, Lustrum, Seculum, Indictio, hominum recentiorum inuentum est. Cęterum nos in hac temporum recensione Annum adsumimus, tanquam mensuram omnibus notam, nempe dierum 365¼. Quę licet non vsque quaque cœlesti motioni respondeat, prope tamen accedit, adeo vt in annis 600. mensis tantum vnus superfluat. Sed de anni vera magnitudine & restitutione suo loco agemus. Hic demonstrationem ordiamur.

Adam genuit Seth anno ętatis & mundi	130	130
Seth anno ætatis 105. genuit Enos	105	235
Enos natus annos 90. genuit Cainam	90	325
Cainan anno ætatis 70. Malaleel	70	395
Malaleel anno 65. Iared	65	460
Iared anno 162. Henoch	162	622
Henoch anno 65. Methusalem	65	687
Methusale anno 187. Lamech	187	874
Lamech anno 182. Noam	182	1056
Noa anno ætatis exeunte 600 Arcam egressus est.	600	1656

Nu-

Numeri collecti conflant annos ab initio temporis ad egressum ex Arca 1656. Genes. c. 5. & 7.

Et hæc quidem enumeratio, nullam habere videtur dubitationem. Eorum enim qui sacra versant (nam qui profana tantum scripta cõtrectant, nihil ab ijs expectandum est de mundi principio) nullum reperias qui hunc annorum numerum elici non asserat, ex Genesi Mosis. Et nos in eorum sententiam non solum pedibus, sed etiam scriptis & animis non inuiti concedimus. Nos tamen aliquando tentauimus num temporis census à Rabbinis proditus annorum 4000. rerum initio ad Messiam, certiore via quam cabalica posset è sacris erui. Admissa etenim numerandi consuetudine, quę in libris Regum & Paralipomenon, atque adeo in Euangelicis obseruatur, non temerè statui posse videntur Canones huiusmodi.

1.	A condito mundo ad diluuium anni	1646.	1646.
2.	Hinc ad Isaaci natalem	442.	2088.
3.	Ad Exodum	399.	2487.
4.	Ad Templum	479.	2966.
5.	Ad excidium Templi	427.	3393.
6.	Ad Alexandri Imperium	276.	3669.
7.	Ad Christianam Epocham	331.	4000.

Summa.

Ea verò Scripturæ consuetudo est, vt annum temporis anteacti extremum, conjungat & commisceat cum primo futuri, quod Canone quinto luce clariùs demonstratur. Cùm enim Scriptura dicit Iotanem regnasse annis 16. Achasum 16. Ezechiam 29. Manassen 55. Putat vulgus annos 116. cùm 113. tantùm sint in summa. quia annus postremus Iothanis est primus Achasi: & huius vltimus, primus est Ezechię. ita in cęteris. Sic apud Marcum cap. 8. docet Christus oportere Filium hominis grauia pati, improbari, occidi, & post tres dies resurgere. Quod Marcus post tres dies, alij Euangelistæ dixerunt tertio die; & nemo nescit Christi corpus conditum die Parasceues, hoc est, feria sexta cùm aduesperasceret, excitatum autem sub solis ortum, cùm prętersisset Sabbathum: Quod alibi Christus enunciauit; Soluite Templum hoc & in tribus diebus instaurabo illud: Vix tamen quieuit in sepulchro horis 36. More itaque Scripturę seruato, Canon primus hoc modo constabit.

Adam anno ætatis 130.genuit Seth	129.	
Seth anno ætatis 105.Enos	104.	
Enos natus annos 90.Cainan	89.	
Cainan anno ætatis 70.Malaleel	69.	
Malaleel anno 65.Iared	64.	Summa 1646.
Iared anno 162.Henoc	161.	
Henoc anno 65.Methusalem	64.	
Methusalem anno 187.Lamech	186.	
Lamech anno 182.Noa	181.	
Noa anno ætatis 600.arcam ingreditur	599.	

Secundus Canon sic habebit.

Arphaxat natus est post diluuium anno secundo	1.	
Anno ætatis 35.genuit Sala	34.	
Sala anno 30.Heber	29.	
Heber anno 34.Phaleg	33.	
Phaleg anno 30.Reu	29.	
Reu anno 32.Sarug	31.	Summa 442.
Sarug anno 30.Nachor	29.	
Nachor anno 29.Thare	28.	
Thare anno 130.Abraham	129.	
Abraham anno 100 Isaac	99.	

Eodem modo constabunt cæteri Canones.Sed hoc malè habet,quod hic calculus Methusalem natum esse statuit anno mundi 680. vixit annos 969. pertinentes ad annum mundi 1648. Eoque modo superaret diluuij tempus, quo iam cum patribus obdormuisse constat:quia in arca octo tantum animæ seruatæ sunt. Quare respuenda est è scriptis Mosaïcis hæc numerandi ratio.

Sed fortasse nobis objiciet quispiam 70.Interpretes. Ex quorum lectione tempora colliguntur multo plura quàm exhibeat noster Abacus. Haud verò paruifaciendam esse Græcam Scripturæ translationem, docent Apostoli, qui huius testimonia scriptis suis passim inserunt. Sanè cur Interpretes 70.Hebraïcos libros in annorum calculo superarint, vix ratio reddi potest:conjecturis tamen aliquid consequi posse nonnullis visum est. Aegyptij cunctos mortales antiquitate superare nunquā non gloriati sunt.Annos enim dictitabant à primo eorum rege ad Sethonem, qui cùm Sennacheribo pugnauit,intercessisse 11346.vt testis est Herodotus.Plato quoq;lib.de Legib. ait Aegyptios annorū decem millia egisse ante alios homines.Sic apud Diodorum Sacerdotes asserunt deos & homines imperasse per annos 33000.Sed

idem accuratiùs didicisse narrat, Aegyptios ab initio regni cõputare 4700. annos ad Amasim vsque; qui in aduentu Cambysis in Aegyptum, fatis concessit. Ad istum annorum censum credibile est 70. Interpretes accommodare se vtcunque voluisse, veritos ne si multo pauciores annos adscripsissent, quàm in Aegypto regnatum esse crederetur, historia sacra vt falsi suspecta & inuisa rejiceretur ab Aegyptijs, qui tam pertinaci studio antiquitatem suam tuerentur. Cupiebant sanè Iudæi gratiam regum Aegyptiorum demereri. Ptolomæus enim Lagi filius paucis antè annis, specie religionis, Ierosolymam diripuerat, captiuis 120000. in Aegyptum abductis, quos filius Ptolomæi Philadelphus qui 70. Interpretes coëgit, liberos esse iussit, 400. talentis in eorum redemptionem expensis, vt Iosephus autor est. His de causis 70. videri possunt annos illos adiecisse in ea temporis parte, cuius nulla certa monimenta apud Aegyptios extarent, & vbi nihil Prophetis & sacris literis noxæ maioris inferretur: eoque modo errandi causam dedisse posteris si modo illorum est versio Græca quæ hodie circumfertur, de qua video doctos dubitare. Quia huic non prorsus respondent loci ab Apostolis de 70. excepti. Verùm luce Hebraïcæ veritatis affulgente, erroris tenebræ in priscorum temporũ rationem inuectæ, iampridem depulsæ sunt.

Canon secundus.

Ab exitu diluuij ad exortum Isaaci, anni 452.

Demonstratio.

Sem biennio post diluuium genuit Arphaxat	2.	Summa	427.
Arphaxat natus annos 35. genuit Sale	35.		
Sale anno ætatis 30. Heber	30.		
Heber anno 34. Phaleg	34.		
Phaleg anno 30. Reu	30.		
Reu anno 32. Sarug	32.		
Sarug anno 30. Nachor	30.		
Nachor anno 29. genuit Thare	29.		
Mortuus est Thare cùm exegisset annos	205.		

Tum Abraham natus annos 75. profectus est in Chananæam, vbi decennio transacto, Agarem ei ancillam Sara dedit in matrimonium, ex qua suscepit Ismaëlem annũ agens 86. Annis vero 14. post editum Ismaëlem, natus est Isaacus, Abrahamo centenario, nimirũ annis 25. transactis ab obitu Thare. Anni 25. additi 427. cumulant annos 452. à diluuio ad exortũ Isaaci quot habet Canon secundus. Genes. c. 11. 12. 16. 17. 21. Atq; hic omnes Chronologi hæserunt in luto, qui Abrahami natalẽ statuunt in anno ætatis Thare 70.

aduersus apertã Scripturæ sententiã. Sed hunc errorem postea excutiemus.

Igitur à diluuio ad Isaaci natalem anni 452.

Ab orbe condito ad Isaacum 2108.

Hoc temporis curriculo annis 100. exactis ab aquarum recessu Phalegus editus est in terrarũ diuisione, vnde nomen ei inditũ, cùm Babylonia moles ædificaretur. Quã aggressi sunt Noæ nepotes paulo ante Phalegi exortum. Iam enim opus processerat cùm linguæ confusæ fuerunt. Sed cùm alter alterius sermones nõ intelligeret, derelicta est vrbis & turris ædificatio, terrarũque diuisio facta, vt familiarũ principes iuxta linguas suas secederent in regiones quas illis sors dedisset. Nẽbrodo Babylon obtigit: vbi præter Babel, alias etiam vrbes extruxit, Erecham, Acadam, & Calanẽ: & illic principium constituit suæ tyrannidis. Assyriã deinde inuasit, quæ Assur Semi filio obuenerat: vbi multas Nembrodus condidit ciuitates, Niniuẽ Robothi, Chalam & Resem, vt Moses narrat c. 10. & 11. Itaq; primus Nembrodus Assyriorum Monarchiæ fundator extitit. Id quod multi vix possunt cõcoquere. Vnde, inquiunt, ex quatuor tantũ viris ex vniuerso hominũ genere superstitibus, tanta populorum multitudo excitata est, intra centesimũ annum, vt terrarum orbis fuerit in regiones distribuendus, coloniæ deducendæ, constituendaque imperia? Ideo Mosem ita interpretãtur, vt & turris Babel extructa; & terrarũ orbis diuisus fuerit, multis annis post exortũ Phalegi, cui nomen anticipatione & prænotione prophetica inditũ fuisse ferunt; quia huius pater præuiderit terrã in diebus filij diuidendam esse. Atqui si hoc ita se haberet Reu potius, aut huius filio Sarug id nominis contigisset, quia eorũ exortus ad tempus diuisionis propius accederet. Sunt qui Nembrodũ cum Nino conferãt, quod eadem narret de Nembrodo Scriptura, quæ historiographi de Nino: hunc scilicet primũ suos fines egressum bella finitimis intulisse. Næ isti neq; natare neque numeros. Voluit Deus post omnium hominum internecionẽ, terrarum orbem cultoribus replere: Ideoq; Noæ & filijs eius ex Orci faucibus ereptis, fœcunditatem dedit, vt testatur Moses c. 9. Fœtificate, inquit, terramq; genere vestro multipliciter propagando frequentate. Fuerunt ea tempestate viri robore præstantes, firma valetudine, vitam perducentes ad multa sæcula, vxores fœcundissimæ, quæ nunquã non geminos ederent, nõ raro tergeminos, & plures. Sem sustulit Arphaxat anno diluuij secundo. Sed ante Arphaxat recensentur Elam & Assur, qui fortasse anno superiore gemini editi fuerant. Non enim in arca, in qua octo tantum animæ seruatæ sunt: Noa scilicet cum coniuge, tres filij, tresque nurus. Sed hic Chami tantum, qui fuit auus Nembrodi, sobolem prosequamur. Vnius enim progenie

nie cognita, reliquorũ quoque familias explicatas habebimus. Linguarum confusionem non statim secuta est nationum in diuersas orbis partes distractio. Non enim parum temporis consumptum est cogendis concilijs, & capiendis deliberationibus, terraque diuidenda, in tanta sermonum rerumq; perturbatione, tantaque hominum multitudine quam mox explicabimus. Fuerit igitur populorum facta discessio anno tertio Phalegi. Huius enim anno primo postquam cessatum est ab ædificatione, propter vocum barbariem à Deo immissam, susceptæ sunt deliberationes in frequenti populorũ conuentu, terrarumque diuisio cœpta, quæ anno proximo absoluta est: tum parati discessus, & profectiones instructæ. Tertio demum anno iter institutum ad regiones quæ sorte obtigerunt. Is fuit annus ab eluuionis exitu 103. Annis igitur 102. à diluuio transactis, potuit Chamus exhibere 102. filios totidemque filias. Sed in abaco mares tantum censebimus, ex quorum numero fœminæ æstimabuntur. Masculis postquam ad annum vicesimum peruenerunt, vxores connubio iunctæ sunt, quæ alios fœtus ediderunt. Horum item liberi, postquam adoleuerunt, stirpem quisque suam propagarunt. Itaque primus liberorum Chami, anno ætatis 20. filium vnum sustulit: anno 21. alterum: anno 22. tertium: & deinceps vsque ad secundum & octogesimum. Secundus Chami filius, prolem suscepit anno diluuij 21. & anno 102. pater extitit liberorũ 81. Similiter editi sunt tertio Chami filio liberi 80. Quarto 79. & deinceps ad vnum vsque. Progressio logistica ex Chami filijs 82. in totidem annis, cumulat nepotes 3403. pronepotes 41664. Abnepotes 148134. Atnepotes 65780. Collecti faciunt 259070. Adde parem fœminarum numerum, habebis 518140. Iunge progeniem Iapheti & Semi, conflabis 1554420. Hæc est trium virorum soboles in annis 102. Desunt liberi Noæ, quem minimè effœtum fuisse credendum est. Deus enim ab egressu ex arca eum fœcundauit. Horum sanè mentio nulla est in terrarum sortitione. Sed credibile est illos cum optimo patre Noa mansisse, sedibus suis contentos. Reliqui vel montana & aspera loca pertæsi, vel quod effusior multitudo colonias expeteret, nouas sedes quæsierunt, & ab Oriente versus Occasum progressi, deuenerunt in lætissimos campos Mesopotamiæ. Hic Nembrodus post nationum dispersionem, aliquot annis constitit cum suæ linguæ hominibus. Quibus sanxit leges, reddidit iura, creauit Magistratus, & cum multitudo excreuisset, vrbes condidit, ad colonias deducendas. A paruis enim initijs breui tempore maxima fecit incremẽta. Siquidem Chami posteritatem anno ab aquis 102. diximus fuisse ad 518140. Quorum partem tantùm quartam & vicesimam tribuimus Nem-

brodo: Quia Moses in narratione dispersionis populorum, videtur significare ex Chami progenie gentes ortas esse 24. Proinde Nembrodus imperauit tantum 21589. In quibus fœminæ fuerunt 10795. mares 10794. Sic enim Atticis accidit, vt virorum numerus vna tantum muliere superaretur, quæ nomen Athenis fœmineum dedit. Eorum qui maiores annis 20. fuerunt, numerus fuit 2327. puberum autem maiorum quidem annis 15. sed 20 minorum, 1688. Reliqua multitudo imbellis & munijs obeundis, laboribusque capessendis minus idonea. Hæc Nembrodi tenuia ponimus initia: Quem regnasse par est ad Belum vsque, cui Ninus successit. Tempus principatus Nembrodi annos habet 83. Non statim irruit tyrannus in finitimos. Quorsum enim aduersus eos mouisset, qui statas sedes & fixa domicilia vixdum habere poterant? Oportuit initio fundare Imperium in suos: idemque armis & legibus stabilire: ac vires interea paulatim comparare. Ponamus igitur Nembrodũ postquam Assyriam subegit, imperasse vicẽnio, cadet tempus in annum diluuij 164 qui annus est mundi 1820. Mouerit in Assyrios anno diluuij 160: vt eos quadriennio debellarit. Docebimus tum potuisse Nembrodum è domo sua educere bellatores supra 200000. præter auxiliares qui ei aliunde adfuerunt. Etenim anno diluuij 160. nati sunt Chamo liberi 160. horum 140. annis 20. maiores, nepotes ediderunt 9870. quos notat Schema in C. Ex quibus prodierunt pronepotes 295240. in D. Inde abnepotes 4418414. in E. Atnepotes 30837576. in F. Trinepotes 81418070. in G. Horum liberi 53524680. Nepotes 2220075. Summa fit 172724085. Pars quarta & vicesima quæ Nembrodo competit, 7196836. Qui horum editi sunt ante annum diluuij 120. certum est annis 20. fuisse majores. Atque hi numerantur ex progressione 767749. Qui in lucem exierũt post annũ 120. vsque ad 125. puberos fuerunt, & annis quindecim maiores. Hac enim ætate pubertatẽ ordimur, licet Romanę leges, 14. annos tantũ requirant. Horum numerus fuit 534844. Supersunt impuberes 5894237. Ex maioribus 767749. Ablata pars dimidia quę mulierib. debetur, relinquet mares 383874 Ex quibus potuit Nẽbrodus exercitũ conscribere 200000. Restabunt 183874. Vnde vrbiũ prę fecti alijq; Magistratus ordinati, & constituta præsidia, ad ciuitatum prouinciarumq; tutelam. Reliqua plebs cum puberibus 534844. Impuberibus 5894237. turbaque mulierum 383875. partim vrbes partim agros incoluerunt, artes exercẽtes ad vitã, animique, & corporis cultũ necessarias. Nemo iam inficias eat, regna, principatus, monarchias, temporibus Nembrodi cõstitui potuisse. Quod vt cuiuis pateat, Schema propagationis, & Arithmeticæ progressionis tabulã subiecimus.

SCHEMA

Schema propagationis liberorum Noæ.

ANNI A DILVVIO.

ARITHMETICA PROGRESSIO.

1	1	1	1	1	1	1	1	1
2	3	4	5	6	7	8	9	10
3	6	10	15	21	28	36	45	55
4	10	20	35	56	84	120	165	220
5	15	35	70	126	210	330	495	715
6	21	56	126	252	462	792	1287	2002
7	28	84	210	463	924	1716	3003	5005
8	36	120	330	792	1716	3432	6435	11440
9	45	165	495	1287	3003	6435	12870	24310
10	55	220	715	2002	5005	11440	24310	48620
11	66	286	1001	3003	8008	19448	43758	92378
12	78	764	1365	4368	12376	31824	75582	167960
13	91	455	1820	6188	18564	50388	125970	293930
14	105	560	2380	8568	27132	77520	203490	497420
15	120	680	3060	11628	38760	116280	319770	817190
16	136	816	3876	15504	54264	170544	490314	1307504
17	153	969	4845	20349	74613	245157	735471	2042975
18	174	1140	5985	26334	100947	346104	1081575	3124550
19	190	1330	7315	33649	134596	480700	1562275	4686825
20	210	1540	8855	42504	177100	657800	2220075	6249100
21	231	1771	10626	53130	230230	888030	3108105	
22	253	2024	12650	65780	296010	1184040	4292145	
23	276	2300	14950	80730	376740	1560780	5852925	
24	300	2600	17550	98280	475020	2035800	7888725	
25	325	2925	20475	118755	593775	2629575	10518300	
26	351	3276	23751	142506	736281	3365856	13884156	
27	378	3654	27405	169911	906192	4272048	18156204	
28	406	4060	31465	201376	1107568	5379616	23535820	
29	435	4495	35960	237336	1344904	6724520	30260340	
30	465	4960	40920	278256	1623160	8347680	38608020	
31	496	5456	46376	324632	1947792	10295472	48903492	
32	528	5984	52360	376992	2324784	12620256	61523748	
33	561	6545	58905	435897	2760681	15380937	76904685	
34	595	7140	66045	501942	3262623	18643560	95548245	
35	630	7770	73815	575717	3838380	22481940	118030185	
36	666	8436	82251	658008	4496388	26978328	145008513	
37	703	9139	91390	747398	5245786	32224114	177232627	
38	741	9880	101270	850668	6096454	38320568	215553195	
39	780	10660	111930	962598	7059052	45379620	260932815	
40	820	11480	123410	1086008	8145060	53524680	314457495	
1	2	3	4	5	6	7	8	9

ARITHMETICA PROGRESSIO.

41	861	12341	134890	1220898	9365958	62890638
42	903	13244	148134	1369032	10734990	73625628
43	946	14190	162324	1531356	11266346	84891974
44	990	15180	177504	1708860	12975206	97867180
45	1035	16215	193719	1902579	14877785	112744965
46	1081	17296	211015	2113594	16991379	129736344
47	1128	18424	229439	2343033	19334412	149070756
48	1176	19600	249039	2592072	21926484	170997240
49	1225	20825	269864	2861936	24788420	195785660
50	1275	22100	291964	3153900	27942320	223727980
51	1326	23426	315390	3469290	31411610	255119590
52	1378	24804	340194	3809484	35221094	290360684
53	1431	26235	366429	4175913	39397007	329757691
54	1485	27720	394149	4570062	43967069	373724760
55	1540	29260	423409	4993471	48960540	422685300
56	1596	30850	454265	5447736	54408276	477093576
57	1653	32509	486774	5934510	60342786	537436362
58	1711	34220	520994	6455504	66798290	604234652
59	1770	35990	556984	7012488	73810778	678045430
60	1830	37820	594804	7607292	81418070	759463500
61	1891	39711	634515	8241807	89659877	849123377
62	1953	41664	676179	8917986	98577863	947701240
63	2016	43680	719859	9637845	108215708	1055916948
64	2080	45760	765619	10403464	118619172	1174536120
65	2145	47905	813524	11216988	129836160	1304372280
66	2211	50116	863640	12080628	141916788	1446289068
67	2278	52394	916034	12996662	154913450	1601202518
68	2346	54740	970774	13967436	168880886	1770083404
69	2415	57155	1027929	14995365	183876251	1953959655
70	2485	59640	1087569	16082934	199959185	2153918840
71	2556	62196	1149765	17232699	217191884	
72	2628	64824	1214589	18447288	235639172	
73	2701	67525	1282114	19729402	255368574	
74	2775	70300	1352414	21081816	276450390	
75	2850	73150	1425564	22507380	298957770	
76	2926	76076	1501640	24009020	322966790	
77	3003	79079	1580719	25589739	348556529	
78	3081	82160	1662879	27252618	375809147	
79	3160	85320	1748199	29000817	404809964	
80	3240	88560	1836759	30837576	435647540	
1	2	3	4	5	6	7

ARITHMETICA PROGRESSIO.

81	3321	91881	1928640	32766216	468413756
82	3403	95284	2023924	34790140	503203896
83	3486	98770	2122694	36912834	540116730
84	3570	102340	2225034	39137868	579254598
85	3655	105995	2331029	41468897	620723495
86	3741	109736	2440765	43909662	664633175
87	3828	113564	2554329	46463991	711097148
88	3916	117480	2671809	49135800	760232948
89	4005	121485	2793294	51929094	812162042
90	4095	125580	2918874	54847968	867010010
91	4186	129766	3048640	57896608	924906618
92	4278	134044	3182684	61079292	985985910
93	4371	138415	3319099	64398391	1050384301
94	4465	142880	3461979	67860370	1118244671
95	4560	147440	3609419	71469789	1189714460
96	4656	152096	3761515	75231304	1264945764
97	4753	156849	3918364	79149668	1344095432
98	4851	161700	4080064	83229732	1427325164
99	4950	166650	4246714	87476446	1514801610
100	5050	171700	4418414	91894860	1606696470
101	5151	176851	4595265	96490125	1703186595
102	5253	182104	4777369	101267494	1804454089
103	5356	187460	4964829	106232323	
104	5460	192920	5157749	111390072	
105	5565	198485	5356234	116746306	
106	5671	204156	5360390	122306696	
107	5778	209934	5770324	128077020	
108	5886	215820	5986144	134063164	
109	5995	221815	6207959	140271123	
110	6105	227920	6435879	146707002	
111	6216	234136	6670015	153377017	
112	6328	240464	6910479	160287496	
113	6441	246905	7157384	167444880	
114	6555	253460	7410844	174855724	
115	6670	260130	7670974	182526698	
116	6786	266916	7937890	190464588	
117	6903	273819	8211769	198676297	
118	7021	280840	8492549	207168846	
119	7140	287980	8780529	215949375	
120	7260	295240	9075769	225025144	
1	2	3	4	5	6

121	7381	302621	9378390
122	7503	300124	9688514
123	7626	317750	
124	7750	325500	
125	7875	333375	
126	8001	341376	
127	8128	349504	
128	8256	357760	
129	8385	366145	
130	8515	374660	
131	8646	383306	
132	8778	392084	
133	8911	400995	
134	9045	410040	
135	9180	419220	
136	9316	428536	
137	9453	437989	
138	9591	447580	
139	9730	457310	
140	9870	467180	
141	10011		
142	10153		
143	10296		
144	10440		
145	10585		
146	10731		
147	10878		
148	11026		
149	11175		
150	11325		
151	11476		
152	11628		
153	11781		
154	11935		
155	12090		
156	12246		
157	12403		
158	12561		
159	12720		
160	12880		
1	2	3	4

Demonstrat.

Tabula constructa est additione precedentis ordinis ad sequentem, ea lege vt numeri præcedentes vno gradu inferiores adsumantur, hoc modo; Adde 2. primi ordinis, ad 1. secūdi, efficies 3. Adde 3. primi ordinis ad 3. secundi, facies 6. Adde 4 primi, ad 6. secundi, conflabis 10. Ita deinceps. Tertium ordinem sic componas. Adde 3. secundi ordinis, ad 1. primi, cumulabis 4. Adde 6. ad 4. creabis 10. 10. ad 10. 20. 15. ad 20. 35. Sic in reliquis. Hoc etiam in hac progressione inspectione dignum est. Seriem secūdam transuersam, planè similem esse primę descendenti: Tertiam transuersam, secundæ descendenti: Quartam tertiæ: Quintam quartæ: & deinceps. Itaque si quis error obrepat in vna serie, poterit emendari ex altera. Tabulæ vsus hic est. Anno diluuij 160. Chamus genuerat liberos 160. mares, totidemq; fœminas: sed in hac enumeratione fœminæ non censentur. Horum 140. maiores annis 20. genuerūt Chamo nepotes 9870: quos tabula profert è regione 140. Ex his qui ante annos 20. editi fuerunt, numero 7260. sobolem propagarunt pronepotum 295240. quos ordo tertius dabit è regione 120. Horum rursus qui ante annos 20. exierūt in lucē, numero 171700. dederunt abnepotes 4418414. quos tabula exhibet exaduerso 100. Ita incæteris.

1	2	3
1	1	1
2	3	4
3	6	10
4	10	20
5	15	35
6	21	56
7	28	84
8	36	120

Canon

Canon tertius.

Ab exortu Isaaci ad exitum ex Ægypto,anni 400.

Demonstratio.

DEVS Abrahamum in visione sic allocutus est: Genes. 15. Certò scias quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & seruient eis, & ibi affligent eos 400.annis. Generatione autem quarta,reuertentur huc. Hoc oraculo nihil dilucidius, & Paulus huc spectans ad Galat. 3. numerat annos 430. à promissione benedictionis Abrahamo facta in Chaldæa, ad Legem datam. Fœdus,inquit, à Deo sancitum in Christum, Lex data post annos 430. non fecit irritum vt abroget promissionem. Sic etiam Moses Exod. 12. Peregrinatio filiorum Israël qui manserunt in Ægypto, triginta fuerunt anni & quadringenti.Sic vertendum esse ex Hebræo docent linguæ Hebraïcæ peritissimi. Vulgatæ versiones quæ loco peregrinationis habitationem habent, non satis exprimunt Mosis sententiam: & relatiuum אשר perperam referunt ad habitationem, cùm ad filios Israël spectare debeat verbum מושב quo vtitur Moses deducunt à themate יָשַׁב quod habitare quidem significat si de peregrinis & incolis intelligatur, id quod Deus oraculo suo expressit: Semen Abrahæ peregrinum fore & seruiturum in terra non sua. Si quem igitur iuuat habitationis verbum, sic Moses illi vertendus est. Filiorum autem Israël qui commorati sunt in Ægypto, habitatio in terra non sua fuit annorum 430. Temporis terminum bis memorat Moses. Subjicit enim,factumque est à fine 430.annorũ, ipso eodem die egressi sunt omnes exercitus Domini de terra Ægypti.Docere voluit Deũ fideliter pacto stetisse,& populũ à seruitute liberasse,ipso die,in ipso temporis articulo,qui annos 430.terminabat: Et intra quadringentesimum annum antequam expleretur quarta generatio,populum vt Abrahamo promiserat reducem esse voluisse.Deus enim Abrahamo in Mesopotamia & terrã & gentẽ magnam & seminis benedictionẽ promiserat.Annis verò 30.ferè ab ea promissione transactis, cùm seminis primitias exhiberet in Isaaco,admonuit Abrahamũ tempus implendæ promissionis nondum adesse,sed tum demum cum anni 400. exierint,postquã scilicet Amorrhæus iniquitates suas impleuerit.Promissione autẽ illa accepta reliquit Abrahamus Chaldęam, & in Chananæam,quò Deus illum vocabat, iter instituit,cũ Thare patre,Sarai vxore,& Lotho filio fratris. Sed propter senium aut valetudinem Tharæ, qui annos iam ducentos exegerat, Charris substiterunt. Ab ea promissione & Abrahæ vocatione, Moses & Paulus initium peregrinationis faciunt. Qui Abrahami natalem in anno 70. Tharæ collocant, numerum annorum 430. mutilare co-

guntur, & sexaginta iacturam facere, sententia Mosis non satis expensa. Quia sic ille scripserit Genes. 11. Vixitque Thare 70. annos, & genuit Abraham Nachor, & Harã: Sed hi manifestè refellũtur ab ipso Mose & Apostolo Stephano Genes. 12. & Act. 7. Ex quorum verbis historiæ seriem quæ litem definiet hic contexuimus. Deus gloriæ visus est patri nostro Abraham, cùm esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charam, & dixit illi. Exi de terra tua & cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quamcunque monstrauero tibi. Et faciam te in gentẽ magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, & eris in benedictionem. Benedicam quoque eis qui tibi benedicent, maledicentibus verò tibi, maledicam & ego. Benedicentur in te omnes familiæ terræ. Tunc egressus Abrahã è terra Chaldæorũ, habitauit in Charã. Tulit enim Thare Abram filium suũ, & Lothfilium Haran, nempe filium filij sui, & Sarai nurũ suam vxorẽ Abram filij sui, & egressi sunt simul de Vre Chaldæorum, vt cõmigrarent in terram Chanaan: venerũtque vsque ad Charam, & habitauerunt ibi. Et inde postquam mortuus est Thare, cùm vixisset annos 205. Abram tum natus annos 75. egressus est sicut præceperat ei Dominus, & tulit Sarai vxorem suam, & Loth filium fratris sui, vniuersamque substantiam quam comparauerant, sed & animas quas acquisiuerant in Charam. Egressique sunt, vt irent in terram Chanaam. Hactenus Moses & Stephanus. Quorum sententia lucidior est quàm vt alia explicatione indigeat. Quod autem scripsit Moses Thare vixisse annos 70. & genuisse Abram, Nachor, & Haran, hunc habet sensum. Thare sine liberis vitam egisse ad annos 70. Ea verò ætate prolem tum primum suscepisse; nec sequitur Abrahamum natu fuisse maximum, quòd primo loco censeatur. Sed ei primæ partes datę sunt, quòd ex eo nasciturum esset semen promissum. Similis est locus Gen. c. 5. & 6. de sobole Noę. Qui cùm esset annorum 500. dicitur genuisse Cham, Sem, & Iaphet. At ex cap. 9. patet Cham natu minimum fuisse. Sem verò non potuit esse natu maximus, quia biennio post diluuium, cùm ageret annum centesimum genuit Arphaxat. Genes. 11. Igitur diluuij tempore fuit annorum 98. cùm Noah sexcentesimum annum viueret, & natus est anno ætatis Noah 502. Superest Iaphet natu maximus, Est & alter locus Paralip. 1. c. 1. v. 28. Abrahami filij Isaacus & Ismaël quorum progenies &c. Hic Isaacus Ismaëlem præcedit. At nemo nescit Ismaëlem Isaaco natu maiorem fuisse. In describenda historia, non semper obseruatur rerum gestarum series, sed permulta sæpe dicuntur καθ' ὕστερον πρότερον. Hæc igitur duo consequimur; natum esse Abrahamum anno patris 130. nõ 70. & promissionem accepisse in Chaldæa cùm illinc migrare iussus est, angunt

no ætatis 70. Etenim Isaacus Abrahamo centenario natus est, hinc ad Exodum ex oraculo excurrunt anni 400. Summa fit annorum 500. à natalibus Abrahami ad exitum ex Aegypto. Aufer annos 430. quot effluxerunt à fœdere in Chaldæa sancito, restabunt anni 70. Ergo sancitum est fœdus cum Abrahamo annum agente 70. Tum venit Charras, vnde discessit natus annos 75. resedit igitur Charris quinquennio. Atque hic Rabbini rectè colligunt annos 210. commorationis Israëlitarum in Aegypto ab aduentu patris Iacob. Abrahamus enim anno ætatis 70. euocatur è Chaldęà, hinc ad Isaacum editum, labuntur anni 30. Isaacus sexagenarius suscepit Iacobum, qui annis vitę, 130. transactis, sistitur coram Pharaone in Aegypto. Annorum summa ab egressu ex Chaldęa ad congressum Iacobi cum Pharaone fit 220. Ablata ab annis 430. relinquit annos incolatus Iacobęorum in Aegypto 210. Cęterum in peregrinatione filiorum Israël, Abrahamus ipse caput & origo Israëlitarum accensendus est. Nam filios Abrahę vocant Hebręi, quod Latinis diceretur domus Abrahæ. Quia filius Hebręis ab ædificando dicitur. Sic à Virgilio dicta est domus Assaraci pro gente & familia. Et quemadmodum Fabiorum domus continet ipsum Fabium qui genti nomen dedit, ita seminis Abrahæ, domus Abrahæ. filiorûmve Israëlis appellatione, censetur ipse pater Abraham, cuius migratio è Chaldæa peregrinationis initium facit, exitus idem cum exitu ex Aegypto. Et hoc postremum omnibus in confesso est. Annos igitur 430. retexant ab extremo, versus præcedentia, haud dubiè incurrent in principium. Errant igitur manifesto, & qui ab exitu ex Charris, & qui ab Isaaci exortu, peregrinationis & seruitutis Israëlitarum initium faciunt. Sed meritò exsibilandi sunt, qui ab Abrahami ortu ad egressionem Iacobæorum ex Aegypto, numerant annos 720. & Iacobęorum habitationem in Aegypto, faciunt annorũ 430. Supputent digitis, Abrahamum annorũ fuisse 75. cùm digressus est Charris, Isaacum editum esse post annos 25. hinc annis 400. oraculo definitis, Isaacidas reduces fuisse; Indicabunt digiti annos tantum 500. ab ortu Abrahami ad Exodum. Qui literarum Hebręarum diuinarumque professionem venditãt, qui Gręcorum, Hebręorum, Chaldęorum, Arabum, Persarum, Indorum monimenta lustrarunt, mirum est non percipere non solum in Ægypto semen Abrahami seruijsse, sed ipsum etiam Abrahamum post discessum è Chaldęa, perpetuò seruum fuisse & peregrinum, Regumque & tyrannorum dominatui obnoxium. Is & filius Isaac, proprias vxores flagitiosę Regum libidini permittere coacti sunt: quæ tamen Dei præsidio seruatę & re-

stitutæ fuerunt. Iacob Dinę filię suę stuprum sustinuit. Non igitur Israëlitæ in Ægypto tantum seruierunt, sed toto peregrinationis tempore à discessu è Chaldęa. Imò seruitus Ægyptia, si postrema tempora excipias, multo fuit leuior Chananæa. Nam quoad vixit Ioseph & aliquandiu post eius lobitum, benè habuerunt cum Ægyptijs Iacobæi; Quapropter minimè referenda est seruitus & peregrinatio Israëlitarum ad solam habitationem in Ægypto. Pugnat apertè Scriptura cum hoc dogmate. Iacob ingressus est Ægyptum anno ętatis 130. cum eo fuit Cahad auus Mosis, vixit annos 137. Exod. ca. 6. Fuerit Cahad in cunis cùm in Ægyptum appulit, & anno ętatis extremo genuerit Amram. Similiter Amram ętate confecta susceperit Mosem, qui octogenarius populum eduxit. Annorum summa fiet 350. nec pertinebit ad 430. Sed obijcit istorum fumosa sapientia, Non potuisse tam paucis annis, nisi miraculo peculiari, propagari sexcenta armatorum millia; absque pueris & mulieribus, quæ leguntur exijsse de Ægypto. Excutiamus hoc Miraculum. Ingressi sunt Ægyptum Israëlitæ masculi 70. Genes. c. 46. Tum Aser vix quadragenarius duos jam nepotes ex Beria filio susceperat: vnde intelligimus vxoratum fuisse, Beriamque, filium sustulisse, circa annum ętatis vicesimum. Generabāt autem id temporis non tantum annos 20. nati, sed etiam sexagenarij, octogenarij, & nonagenarij. Accedit polygamia quæ illis temporibus, iure ab lorientalibus nunquam non receptò, mininè improbabatur. His modis in immensum breui potuit excrescere soboles Iacobæa. Verum his relictis fingamus Iacobum huiusque familiam vniuersam funditus interijsse in ipso in Ægyptum aduentu, vno tantum Iosepho superstite, quem donemus annos tum 20. fuisse natum. Ex hoc vno surculo demonstrabimus armatorum non solum millia 600, verum etiam supra centies centena millia, in annis 210, sine vllo naturæ prodigio excitari potuisse. Quod vt explicatius habeatur, versetur ob oculos Schema propagationis Israëlitarū quod hîc adpinximus. Ioseph igitur anno primo aduentus Israëlitarum in Aegyptum, vxorem duxerit, ex qua filium sustulerit primum. Anno secundo alterum, & deinceps ad tricesimum ætatis annum, quo 10. liberorum pater effectus est, sine vllo miraculo. Donemus etiam Iosepho natos vna lecti consorte contentos fuisse, vt post annum ætatis tricesimum fuisse effœtos, & virtute generandi exhaustos, in reliquum tempus vitæ, quod anno octogesimo terminamus: licet quamplurimos 90. & 100. annos superasse & supra annum ætatis 60. & 70. genuisse testetur Scriptura. Sed omnes miraculi cōiecturas reijcimus

DIAGRAMMA

DIAGRAMMA
Propagationis Iacobeorum in AEgypto.

A
10
20
30
40
50
60
70
80
90
100
Iosephus cum Aegyptum Iacob appulit natus fuerit annos 20. ex hypothesi.
B
C
Iosephi liberi 10.
D
Nepotes 100.
E
Pronepotes 1000.
F
G
H
Trinepotum liberi
Maiores annis 80. in discessu ex Ægypto è viuis excesserunt

110 120 130 140 150 160 170 180 190 200 210
Abnepotes 10000.
Atnepotes 100000.
Trinepot es 1000000.
10000000. I
Trinepotum nepotes 100000000. K
Trinep.pronepotes. L
Abnepotes. M
Atnepotes. N
serunt.
Octogenarij & annis 20 maiores apti militiæ.
Imbelles 20.annis minores.
Qui egressi sunt ex Ægypto.

reijcimus. Decem itaque filij Ioſephi quos indicat in ſchemate nota C. anno ſinguli viceſimo vxorem ſibi cooptabunt: & denos in denis annis ſuſcipient liberos, patri Ioſepho 100. nepotes, quos deſignat figura D. Decem ſcalas cōplexa: Quemadmodum vero 10. filij, qui in ſcala C, produxerunt 100. nepotes in D, Sic hi 100. emittent 1000. pronepotes in E, Et ex 1000. pronepotibus decies mille abnepotes excitabuntur in F. Qui rurſus educent atnepotum decies dena millia in G. Et ex his exurgēt decies centena millia in H. Poſtremò centies centena millia. Nec dum ad annū 210. peruenimus peregrinationis terminum. Qui dum expletur, interim prodibunt in lucem ſupra millies centena millia poſterorum Ioſephi. Iam ſcalarum numeri coniuncti excurrunt in immenſum. Sed omnes reijciemus qui ab initio vſque ad annum 130, aſteriſmis ſubnotatum poſiti ſunt. Habentur enim in mortuorum numero, quia maiores annis 80, Excipiendi quoque ſunt poſt annum 190. editi. Sunt enim annis 20. minores, nec apti militiæ. Ex reliquis dimidiam tantum partem ſumemus, quia fœminini ſexus & fœminas eiuſdem tribus cum maribus connubio ſociatas etiam concedimus. Multitudo quæ ſupereſt ab anno incolatus 130. ad 190 comprehenſa (mares omnes) idonea eſt belli munijs obeundis. Quę ex trinepotibus horumque liberis & poſteris conflata, ſuperabit 500000000. bellatores annis omnes 20. maiores. Si tot bellatores ex vno germine prodire potuerūt, quot putas ex 70, qui ab anno ætatis 20. vſque ad 60. generandi potentia præditi fuerunt. Imo verò denarium liberorum numerum in hypoteſi ſelegimus, propter facilem denarij multiplicandi rationem. Si enim vel trium liberorum partum ſingulis vxoribus ſemel ſtatuiſse Deum conceſserimus, pueri in elementis numerorum ludentes, facile percipient, ex tribus liberis, populum in annis 210. excreſcere potuiſſe ſupra centum & 80. myriadas bellatorum, præter imbellem multitudinem. Deſinant miraculorum ſpectra nobis in 600000. confingere. Stupeant potius cur tam panci exierint. Sed quàm multi in annis 80. ſublati ſunt, Aegyptij tyranni immanitate? qui mares Hebræorum tum necari iuſſit in ipſo enixu, tum in profluentem proijci. Ceſſent ſuperbo ſarcaſmo deridere lineas mathematicas, & numeros addiſcant, vt illos in poſterum pudeat pro veris portentoſa prodere. Sed miſſis iſtorum Criticorum ſomnijs, amplectamur oracula diuina, atque ex illis ſtatuamus in diſceſſu ex Chaldæa initium peregrinationis annorum 430. Interuallum enim à diluuio ad ortum Iſaaci annorum 452. quia nec augeri nec minui poteſt, immotum eſſe oportet. Similiter immutabile

tabile est oraculum annorum 400. præscriptorum seruituti seminis Abrahami. Summa fit ab exitu Diluuij ad migrationem ex Ægypto, annorum 852. In eo temporis decursu, conclusum est peregrinationis tempus annorum 430. quos ternimat egressus ex Ægypto. Ab hoc termino, si in præterita regrediamur, ad annos 430, incidemus in annum diluuij 423. Qui annus est ætatis Abrahami 70. Eoque anno cum eo fœdus à Deo sancitum est, quod lex data post annos 430 non fecit irritum. Ex his liquido constat certus annorum numerus secundi & tertij canonis, nempe 452: Et 400: atque etiam peregrinationis tēpus terminis suis definitum an 430.

Anni ab Isaaci exortu ad Exodum	400.
A natali Abrahami ad Exodum	500.
Ab Abrahami vocatione siue discessu Ex Chaldæa ad Exodum.	430.
Ab origine mundi ad ortum Abrahami	2008.
Ad ortum Isaaci	2108.
Ad legem datam in Sinai.	2508.

Canon quartus.

Ab exitu ex Aegypto ad Templi fundamenta Anni 479.

Demonstratio quarti Canonis

Salomo anno regni quarto, & ab exitu Israëlitarum de Ægypto 480. Templi domini ædificationem aggressus est. 3. Reg. 6. & Paral. lib. 2. c. 3. Sed & ex libris Iosuæ & Iudicum hunc annorum numerum 480. colligere licet. Moses dux fuit populi annis 40. Anno altero ab egressu ex Ægypto missus est Chalebus, tum annos 40. natus, terram Chananæam exploratum. Hinc annis 45. insecutis facta est terræ diuisio per sortes, in qua cessit Hebron Chalebo annos emēso 85. Ab hac diuisione ad casum Heli, siue Samuelis initium, Paulus Apostolus in actis c. 13. numerat annos 350. Sic enim legendum est, licet omnes codices habeant 450. sed de errore mox differemus. Anni verò iudicum sic habent. Populi iudex fuit Othoniel annis 40. Aod 80. Debora 40. Gedeon 40. Abimelech 3. Thola 23. Iair 22. Iephte 6. Abesan 7. Elon 10. Abdon 8. Samson 20. Heli 40. Summa est annorum 339. desunt ad explendos 350. vndecim anni à diuisione terræ ad Othonielis initium, in quibus acta ea sunt quæ tribus postremis capitibus Iosuæ & primo atque secundo Iudicum, recensentur: Adde annos 40. Mosis. 6. Iosuæ gubernationis antequam terra diuideretur 40. Samuelis siue Sauli, 40. Dauidis, 4. Salomonis conficies summam 480. Sigillatim

collectam ab eductione populi ex Aegypto ad structuram Templi. Anni porro 450. qui Act. 13, vitiose leguntur, abundant centenario,& pugnant cum sacra historia 3.Reg.6. Sed hic inspectione dignum est, Quod in annis Iudicũ è sacris Biblijs numerandis,si tempus quo ab externis hostibus populus oppressus est,componas cum tẽpore gubernationis Iudicum, elicies annorum summam 450.quanta in actis Apostolicis adscripta est.Hanc supputandi rationem secutus est, qui locum in Actis emendare arbitratus,pro 350.substituit 450. hæc vitiosa emendatio: quia probabilis ex calculo videbatur, irrepsit postea in omnes codices. Verum hæc regula in temporibus Iudicum numerandis tenenda est, annos tyrannidis contineri in annis legitimæ administrationis. Itaque annos octo Cusani complectuntur anni 40, principatus Othonielis. Anni 18. Eglonis,includuntur in annis 80. magistratus Aod: ita in reliquis.Quod igitur in sacra scriptura scriptum est, Othoniel Cusanum superauit, atque ita fuit otium vel pax annis 40, hunc habet sensum:Othoniele principe qui annis 40.iudicauit,pax fuit & otium, tyranno Iudicis auspicijs & virtute superato. Formã vtriusque calculi exhibuimus lib. superiore in Iosua & Iudicib. sub annum mundi 2600.

Sunt igitur anni pleni à discessu ex Ægypto, ad ineuntẽ annum quartum Salomonis, quo iacta sunt Templi fundamenta. 479.

A condito mundo,ad Templi structuram 2987.

Canon quintus.

Ab inchoato Templo ad eiusdem euersionem,anni 428.

Demonstratio.

Colliguntur anni 428.ab exordio Templi, ad eiusdem conflagrationem. Si quidem Salomo anno regni quarto ineunte, Templum Deo ædificare cœpit. Post operis initium,regnauit annos 37. Eo vita functo,diuisum est Regnum. Duæ tantum tribus cessere Roboamo Salomonis filio:Reliquæ decem Ieroboamo filio Nabat.Hic dictus est Rex Israël. Ille Rex Iudah. Collatis autem Regum Iudah & Israëlis tẽporibus,ex lib.3.Reg.& 2. Paralipomenon,Anni à diuisione Regni excurrentes ad excidium templi & vrbis, non difficulter eruuntur.In ea verò disquisitione illud obseruandũ est annum Regis deffuncti postremum, eundem sæpissimè primum esse Regis succedentis.Item regis filium nonnunquam regnasse cum patre, ideoque tempus regni filij, cum regno patris interdum commisceri. Sed & ad interregnum aliquando res adducitur.Quę tamen adeo euidenter illis libris explicantur,vt necessaria consecutione demonstratio constet.

Regnum Iudah.	Anni Mundi.	Regnum Israëlis.
	3010	
	3020	
Roboam filius Salomonis Regnum Iudah inijt, natus annos 41. Regnauit annis 17. 3. Reg. 14.	3030	Ieroboam Rex Israëlitarum annis 22. 3.Reg. 12.14.
	3040	
Abias F. Roboam, Regnum suscepit anno 18. Ieroboam. Regnauit ann. 3. Asa fil. Abiæ patri successit anno 20. Ieroboam desinente. Regnauit annis 41. 3.Reg.15. 2.Paralip.13.	3050	Nadab successit patri Ieroboam anno 2. Asæ. Regnauit an. 2. Baasa interfecit Nadab, anno 3. Asæ. Regnauit an. 24.

	3060	
	3070	Ela Baasæ F. inauguratus anno Asæ 26. Regnauit ann. 2.
	3080	Zambris anno Asæ 27. Elam interfecit. Regnauit diebus 7. Ambris audita nece Elæ, à militibus creatur Imperator, anno 27. Asæ. Alij Thebum Regem designarunt. Sed eo victo, cœpit Ambris anno Asæ 31. regnare pacificè. Regnauit ann. 12.
Iosaphat anno regni Asæ patris 41. Achab 4. inauguratus est. Regnauit an. 25. 3. Reg. 22. 2. Paral. 20.	3090	Achab F. Ambris anno Asæ 38. successit patri annis 22. 3. Reg. 16.
	3100	

* Ioram Prorex. Rex inauguratus est anno 5. Iorami Israëlitæ. Regnauit an. 8. * Regnasse oportet annis. 4. cum patre, à quo antea prorex institutus fuerat. 4. Reg. 8. 2. Paral 21.	3110	* Ochosias F. Achab anno 17. Iosaphat, Regnauit an. 2. sed ferè cum patre. 3. Reg. 22. Ioram F. Achab anno 18. Iosaphat vel 2. Ioram, regnum inijt, quod administrauit ann. 12. 4. Reg. 1. 8.
Ochosias qui & Ioacham, anno 12 Ioram Israëlitæ, inauguratus regnauit anno. 1. 4. Reg. 8. * Athalia Amris filia Ochosiæ mater, stirpe regia excisa, regnum inuadit ann. 6. * Ioas Ochosiæ F. natus annos 7. inauguratur. Regnauit an. 40. 4. Reg. 11. 12. 2. Paral. 23. 24.	3120	* Iehu regnauit an. 18. Ioramum Israëlitarum regem & Ochosiam regem Iudah occidit. 4. Reg. 10.
	3130	
	3140	
	3150	* Ioachas F. Iehu regnum inijt anno 23. Ioæ regis Iudah. Regnauit ann. 17. 4. Reg. 13.

Amasias Ioæ F. anno 2. Ioæ Israëlitæ, patri successit. Regnauit ann. 29. 4. Reg. 14. 2. Paral. 25. Gubernasse oportet anno vno cum patre. Cum enim Ioas post mortem Ioiadæ oblitus Dei esset, Zachariamque prophetam	3160	Ioas F. Ioachas, anno 37. Ioæ regis Iudah, regno potitur. Annus enim 38. Ioæ Iudæi, primus est regni Ioæ Israëlitæ, Quia huius anno 2. Amasias regnum inijt, anno regni patris 39. Regnauit annis 16: sed duobus cum patre.
sustulisset, victus est à Syris. Tum grauissimis doloribus affectus, opus habuit filio. Tandem à coniuratis in lecto decumbens occisus est. Vixit Amasias post obitum Ioæ Israëlitæ ann. 15. A quo victus & inde spretus à suis, coniuratione facta, Lachis quò profugerat, interfectus est.	3170	
	3180	Ieroboam anno Amasiæ 15. patri Ioæ successit, ann. 41. 4. R. 14.
Interregnum annorum 11. propter turbas in quibus Amasias occisus est.	3190	
Azarias Qui & Ozias, filius Amasiæ, anno regni Ieroboam inauguratus regnauit an. 52.	3200	

	3210	
	3220	Interregnum annorum 22.
	3230	
	3240	Zacharias F. Ieroboam, anno 38. Azariæ desinente, regnum inijt. Post 6. menses eo cæso, Sellum imperat, mense 1. Manahem, Sellumo per vim sublato, anno 39. Azariæ, regno potitur, annis 10. 4. R. 15.
Iotham Oziæ F. anno Phacæ 2. patri successit annis 16. 4.Reg. 15. 2. Paral. 27.	3250	Phaceia F. Manahem, anno 50. Azariæ, successit patri, ann. 2. Phaca Romeliæ F. occiso Phaceia, anno 52. Azariæ, regnum occupat, an. 20. 4. R. 15.

	3260	
Achaz F. Iotham, patri succedit anno Phacæ 17. desinente. Regnauit an. 16. Annus 18. Phacæ, primus est regni Achaz. Sic enim Iotham regnauerit ann. 16. Et quartus annus finiens erit primus Oseæ. 4. R. 16. 2. Par, 28.	3270.	Osea Elæ F. Phacam interemit, anno 20. Iotham desinente, vt primus annus Oseæ, sit quartus finiens Achaz, & regnum occupat annis 7. Sed sit tributarius regis Assyriorum. Anno vero 12. Achaz excusso iugo, regno legitimè potitur. anno 9. 4. R. 15. 17.
NABONASSAR Chaldæorum Rex primus. annis 26. Ptol. Ezechias F. Achaz, annos natus 25. successit patri anno 3. Oseæ desinente. Quartus enim Ezechiæ septimus est Oseæ. Regnauit ann. 29. 4. R. 18.	3280	Anno 4. Ezechiæ, Oseæ 7. Salmanassar Samariam oppugnauit, eamque cœpit triennio exacto, anno Ezechiæ 6. Qui nonus fuit Oseæ. 4. R. 18.
	3290.	
Anno 14. Ezechiæ Sennacheribus Assyriorum R. extremam Ierosolimæ perniciem minatur. Tum Ezechias & morbo & tyrâni manu liberatus, ostentum habuit vmbræ in horologio per 10. gradus retractæ.	3300	ISRAELIS Regnum deletum, Quod stetit annos 260.

Manasse filius Ezechiæ regnauit annis 55.4.R.21.	3310	Mardocempadus Chaldæorum Rex secundus an. 46. Ptolem. Huius anno primo Luna defecit. Annus est ab Epocha Christiana retroactus 719. Centesimus primus à quinto Nabopolassaris. quo similiter Luna defecit. Est autem Nabopolassar Nabuchodonosor, qui Ierosolymã euertit.
	3320	
	3330	Qui Mardocempadum, Merodachum putant, erroris conuincuntur ostento Ezechiæ, quo perculsus Merodachus, legatos ad Ezechiam misit ea de re percontaturos. Merodachus igitur Babylonij regni habenas regebat, quo tempore Sol in præcedentia regressus, diem solitò longiorem mortalibus exhibuit. Quapropter Merodachus est Nabonassar primus rex Chaldæorum, si Mardocempadus est secundus. Filius verò Merodachi tertius.
	3340	
	3350	Ben Merodach 3. Rex Chaldæorum. an. 21. Euseb.

	3360	
Amon F. Manasses regnauit an. 2. Iosias rex. an. 31. 4. R. 21. 2. Paral. 33.	3370.	Nabolassar 4. Rex Chald. annis 29. Berosi. Iosephi dictus etiam Nabuchodonosor.
	3380	Iosepho.
Anno Iosiæ 18. Phase celebratum, quale non fuit à tempore Samuelis. 4. R. 22. Annus est 833. ab ingressu in Chananæam. Iubilæus 17. Sabbathum 119.	3390.	
Ioachas F. Iosiæ anno ætatis 23. regnat mens. 3. Eliacim huius frater natus annos 25. Rex à Pharaone creatus, regnauit an. 11. Dictus est Ioacim 4. R. 23. 2. Paral. 30.	3400	Nabopolassar, Qui est Nabuchodonosor 5. Rex Chald. annis 44. Ierem.

Ioachin

Ioachin qui& Iechonias,natus annos 18. succedit patri, mensib. 3. Sed iam cum patre regnarat an.10. Sedecias regnat an. 11.	3410	Annos Nabopolassaris, à Nabonassare 127 currente, Luna defecit quadrante, Athyr die 27. ho. 17. hoc est April. d. 23. hor. 5. post M.N. anno Christianam Epocham antecedente, 621.
Vrbem Ierosolymam & Templum succendit Nabuchodonosor, anno regni 19. 4. Reg. 24. 25. 2. Paral. 36.	3420	
Ab initio regni Roboam ad Templi conflagrationem, anni 391. His adde 37. annos Salomonis à fundatione templi, conflabis annos quinti Canonis 428.	3430	
A fundatione Templi ad eiusdem excidium anni 428. Ab orbe condito ad excidium Templi.3415.	3440	
CAPTI-	3450	Euilmerodach. 6. Rex Chald. anni. 18. Iosephus. Anno ipso quo regnum inijt,Iechoniam, abductionis anno 37, eduxit è carcere. Ierem. 52. 4. Reg.vlt.

VITAS BABYLONICA	3460	Niriglissoroor 7. R. Chald. ann. 11.
	3470	
Annorum 70.	3480	Baltassar vltimus R. Chal. ann. 17. Nabonidus etiam dictus. Berosſ. Ioseph.
Babylone à Cyro expugnata, interfecto Baltassare; Regnũ Chaldæorũ Medis Persisque traditur. Daniel. Herodot. Xenoph.	3490	Regnum Chaldeorum interijt quod stetit à Nabonassare an. 212.
	3500	

Hoc quinto Canone tempus explicatum continet insignes Epochas, Olympiadū, Romæ, Nabonassaris. Quarum sedes rectè constitutas esse, proximus Canon è cœlo demonstrabit. Quando quidem è sacris huc vsque demonstrationes haustæ sunt. Quæ sequuntur extructæ sunt è cœli phænomenis, quod solo Dei verbo versatur, tenore perpetuo, constanti, & æquabili, temporum metas constituens ab orbe condito ad finem vsque sæculorum.

Canon Sextus.

Ab euersione Templi ad ineuntem annum imperij Alexandri, intercipiuntur anni 276.

Demonstratio.

Hactenus literæ sacræ nos ad has temporum metas, expositis numeris perduxerunt. Sed vbi ventum est ad Chaldæos, ad quos Dei populus abactus est à Nabuchodonosore, hîc nos deserunt, quasi moneant de illorum tabulis petendas esse temporum notiones. Chaldæi enim primi omnium in motuum cœli disquisitionem incubuisse dicuntur. Certè nulla hodiè Schemata cœlestia reperiuntur Chaldæis vetustiora. Quorum ratio iniri nullo modo potest, nisi temporum momentis exquisitè constitutis. Ptolemæus ex Hipparchi Rhodij scriptis Chaldæorum obseruationes rimatus, cœlestium motionum limites posuit in meridie primi diei Thot, primi mensis Aegyptiorum, initio regni Nabonassaris Chaldæi, qui Salmanassar Assyrius à multis esse putatur, quia illius principatus cum Salmanassaris imperio concurrit. A Nabonassaris Epocha syderum cursus deducit ad initium vsque imperij Antonini, annorum, mensium, dierumque & horarum interuallis, quæ à dato limite, ad luminum Synodos, & alios stellarum positus intercipiuntur, ad vnguem definitis. Docent enim Astronomicæ tabulę quantum cœli percurrant Sol, Luna, aliaque astra, horæ vnius spatio, horulæque momento: quantum in die, quantum in mense, in anno, & in multis annorum millibus: Vnde ille à Nabonassare ad Lunarem defectionem, quæ obseruata est Babylone, anno quinto Nabopolassaris, numerauit annos Aegyptios 126. (constat annus Aegyptius diebus 365. nulla quadrantis intercalatione facta) ad Lunarem defectionem, quæ septimo Cambysis accidit, 224. Ad Alexandri obitum 424. Ad Augusti imperium, 718. Ad initium Adriani, 263. Sic nos è cœli conuersionibus, quę nos falli aut errare nunquam patientur, luminis aliquo defectu diligenter obseruato, colligemus annos ad nostra vsque tempora delapsos ab eodem limite, vel alio ritè constituto. Sed hîc nobis cœlum cum sacris scriptis conciliandum est. Nunc enim sacris relictis, ex quibus Demonstrationes temporum huc vsque ex-

struximus,quod demonstrationum supereſt,ad cœlum transferimus, vastissimo quidem hiatu intercedente, nisi constet cœli φαινόμενα sacræ historiæ ita cohærere, vt alterum ab altero diuelli nequeat. Sanè Chaldæis acceptam referre debemus perfectam Chronologiæ rationem, quæ nunquam ad exitum perducta fuisset, nisi Chaldæorum artes prodidissent Lunarem Nabopolassaris defectionem. Atque hinc coniectari licet quanto labore posteritatem leuassent primi sęculi homines, si phœnomenon aliquod scriptis commendassent. Vtinam verò nobis superessent Babyloniorum tabulæ de cælestibus inspectionibus conscriptæ, quas ab aquarum eluuie ad Chaldæorum vsque monarchiam propagatas fuisse credibile est: sed harum dissipationem & interitum proferemus in ostento Ezechiæ regis. Sacra certè nos adducunt ad annum octauum Nabuchodonosoris, quo Iechoniam abduxit. Et ad eiusdem annum decimum nonum, quo templum & vrbem excidit: Et quod populi reliquum fuit à gladio, Babylonem transtulit, vt vastata regio & incolis vacua, Sabbathum ageret ad annos 70. captiuitati populi & terræ quieti oraculo præfinitos. Quibus exactis, nobis Cyrum producit: Cuius beneficio Iudæi libertatem consecuti sunt. Iam Cyrum tenemus notum in historia. Hic annos 30. regnauit, vt autor est Ctesias, cui subscribit Cicero, licet Herodotus 29. tantum regnasse scripserit. Cyro successit filius Cambyses, Cuius anno septimo Luna mutilata est. Hæc obscuratio dissita est ab ea quam Nabopolassaris annus quintus exhibuit, annis 98, & menses aliquot. Temporis interuallum ostendit Nabopolassarem nō procul abesse à Nabuchodonosore, nisi si idem ipse est Nabuchodonosor. *Cyrus absque vlla Historiarum controuersia regnum Persarum adeptus est anno primo 55. Olympiadis.* Quod si quis inficias iuerit, testimonia de cœlo proferemus. Anni 30. Cyri & 7. Cambysis testantur annum quintum Nabopolassaris longius abesse non posse ab initio Cyri, quam annis 62. Scriptura porrò numerat annos Cyri, non ex quo Regno Persico potitus est, sed à Babylone capta & captiuitatis solutione. Daniel verò Cyri tertium annum memorat. Ergo post captam Babylonem, regnauit Cyrus saltem ad annum tertium. Fingamus itaque Babylonem captam fuisse anno Cyri 28, vt hic annus sit septuagesimus Ierosolymæ subactæ. Nabuchodonosoris igitur annus primus disiunctus erit à septimo Cambysis annis 98. Et annus 99. ab Eclipsi Cambysis, cadet in annum postremum Nabopolassaris. Quapropter annus quintus Nabopolassaris minimè congruet Nabolassa-

ri,quem regnasse Berosius Chaldæus refert annos 29. Itaque huius annus quintus diuulsus esset à septimo Cambysis annis 122.Oportet verò quintum Nabopolassaris à septimo Cambysis dissidere annis tantum 98.Quare reiecta eorum sententia qui ☽ deliquium statuunt anno quintò Nabolassaris quem eundem cum Nabopolassare faciunt,nos intrepidè pronunciamus Nabopolassarem esse Nabuchodonosorem. Cuius anno quinto luna obscurata est : Ab hinc annis 14. templum & Ierosolyma succensa : Hinc post annos 70.euolutos,Babylon à Cyro capta, anno imperij Persici 24. excidij templi 72. A Babylone capta ad Lunæ defectionem regnauit Cyrus annos 6.Cambyses 6. Iunge 6,6,73,14, conflabis annos 98. Lunarium defectionum interuallum.Aufer ab annis 98, tempora Cyri & Cambysis annorum 36. restabunt anni 62,quot intercedunt inter quintum Nabopolassaris & initium Cyri. At verò quintus annus Nabopolassaris coit cùm quintò Nabuchodonosoris : Sequitur necessariò Nabopolassarem esse Nabuchodonosorem. Hìc conspirant cœlum & scriptura in annum quintum Nabopolassaris qui est Nabuchodonosor. Quapropter deinceps caligini temporum è cœli fulgoribus tutissimè lucem adferemus.Addemus tamen & alia testimonia historiæ profanæ : hic enim longius immorari quodammodo cogimur propter eruditissima doctissimorum virorum de temporũ ratione scripta, nuper in lucem edita, nostro ratiocinio longè dissentanea. Narrat Iosephus aduersus Appionem ex annalibus Phœnicum Nabuchodonosorem anno Regni 7,Tyrum obsedisse, Ithobale regnante: deinde nomina Regum Tyriorum edit ad Iromum vsque,quem annos 20. regnasse scribit: huiusque anno 14, Cyrum Persarum imperium adeptum esse : Ab obsidione autem ad Cyrum annos intercedere 54.Addantur anni 30. Cyri, & 6. Cambysis, colligentur anni 90, à septimò Nabuchodonos.92.autem à quinto desunt 6.anni ad explendos 98. Sed apparet numeros in Iosepho non satis emendatos esse.Proximè tamen accedunt ad scopum : Absunt autem quàm longissimè à Nabolassare. Sed gratia Iosepho habenda est,qui ex historia Phœnicum, nobis interuallum edidit annorum 54,ab obsidione Tyri, ad Cyri principatum.Mendosè verò scriptum est apud Iosephum,Tyrum obsessam fuisse anno regni Nabuchodonos.7.Sed mendum elui potest ex Clemente Stromatographo, qui lib. 1. tradit, Nabuchodonosorem eadem expeditione Tyrum & Ierosolymam cepisse. Obsessa est Ierosolyma anno Sedeciæ 9. Nabuchodonosoris 17, triennio post capta est, anno Nabuchodon. 19, Tyrus non minoris ei consti-

tit. Obsederit igitur anno regni 14. Hinc ad initium Cyri numeremus annos 54. fient anni 62, à quinto Nabuchodonosoris. Adde tempora Cyri & Cambysis annorum 36. Cumulabis annos 98, quot cœlum profert à quinto Nabopolassaris ad septimum Cambysis. Ergò quintus annus Nabopolassaris est quintus Nabuchodon. nec potest Nabopolassar esse Nabolassar, sed est Nabuchodonosor. Iam relicta Tyro vela conuertamus & traijciamus in Aegyptum. Apriëus qui Nabuchodonosori fuit σύγχρονος, vt ex Ieremiæ cap. 44. colligas, regnum Aegypti tenuit annis 25. Herodoto teste. Aprieo successit Amasis, annis 55. Diodoro. Anno 2. Apriei, Ierosolyma excisa est à Nabuchodonosore. Clemen. Stromat. 1. Aduersus Amasim Cambyses, initio principatus, duxit exercitum, sed eum viuum nactus non est, inquit Herodotus, quia é viuis excesserat initio regni Cambysis. Iunge 24. & 55. efficies annos 79. quot verè intercedunt inter vrbis vastationem & principium Cambysis, quo regnum Cyri terminatur, adde 6. annos vt peruenias ad 7. Cambysis, quo Luna mutilata est, efficies 85. ab excidio Templi ad Lunarem Eclipsim, adde rursus 14, vt sursum gradiendo perducaris ab excidio templi ad quintum Nabuchodonosoris, habebis annos 99. quot intercedunt inter quintum Nabuchodon. & 7. Cambysis: Addemus & istud absurdum & dissentaneum. Concedamus ☾am. defecisse anno quinto Nabolassaris. Hunc regnum Chaldæorum tenuisse annos 29. autor est Berosus apud Iosephum aduersus Appionem. Sed quia idem Iosephus alibi regno Nabolassaris tribuit tantum annos 21. minorem numerum adsumemus: Certissimum est ex Eclipsi Cambysis, quæ congruit anno Iphiti 254. à bruma, ☽æ. deliquium Nabopolassarium incidere in annum Iphiti 156. qui est quintus Nabopolassaris. Adde 16. vt perficias 21. habebis annos Iphiti 172. Annus autem 173. erit primus Nabuchodonosoris. Huius annus octauus quo Iechonias abductus est, cadet in annum 180. quo captiuitatis Babylonicæ caput statuunt, additi 69. vt assequamur annum abductionis septuagesimum, quo Babylonem captam esse concedimus, dabunt annum Iphiti 250. Eritque primus annus Cyri, vt sacra numerant. At verò debetur hic annus tertio Cambysis. Iam Cyrus apud Maues annum quartum pernoctabat. Quod si Nabolassaris imperium producas ad annos 29. incurret annus captæ Babylonis vel captiuitatis solutæ, in annum tertium Darij Achemenidæ, duodecimum ab obitu Cyri. Ab annis 29. Nabolassaris aufer 4. antecedentes ☽æ deliquium, supersunt 25. Adde 8. Nabuchodonosoris, vt habeas Iechoniæ cladẽ, & initium captiui-

tatis annorum 70.quos ſimiliter adde. Conflabis annos 103. Aufer 99. interiectos inter quintum Nabolaſſaris & vltimum Cambyſis, reſtabunt 4, concurrentes cum tertio Darij. Proinde neceſſariò & ſine vlla controuerſia, ſtatuendum eſt Eclipſim Lunæ, quæ anno quinto Nabopolaſſaris accidit, nulli Babyloniorum regi accommodari poſſe, quàm vni Nabuchodonoſori. Eſt igitur Nabuchodonoſor, idem qui Nabopolaſſar, Labinetus dictus Herodoto, filius Nabolaſſaris, qui etiam Nabuchodonoſor appellatus eſt. Scribit enim Ioſephus ex Beroſo, lib. 10. Antiq.c. 11. ad finem. Nabuchodonoſorem patrem ætate confectum, copiarum ſuarum partem Nabuchodonoſori filio tradidiſſe. At nobis hic faceſſunt negotium Theologi permulti. Aiunt illi 70.captiuitatis annos, initium ducere, non ab euerſa Ieroſolyma, ſed ab exilio Iechoniæ. Ieremiam autorem laudant, qui c. 29. ita vaticinatur in epiſtola quam ad populum miſit, qui cum Iechonia Babylonem fuerat deportatus. A edificate domos, ducite vxores, vt quàm maximè ſoboleſcatis. Poſteaquam impleti fuerint anni 70. viſitabo vos & reducam in hunc locum. Hic Ieremias deportatis cum Iechonia liberationem pollicetur pòſt annos 70. Ergo tentemus & experiamur num abductio Iechoniæ dederit principium captiuitatis annorum 70. Abductus eſt Iechonias anno octauo Nabuchodonoſoris, igitur anno quarto defectionis lunaris. Annis 4. adde 70. efficies annos 74. deſunt 25. ad explendos annos 99. pertinentes ad annum 7. Cambyſis. Ab annis 25, abijce 7. remanent 18, qui debentur imperio Cyri. Itaque Cyrus regnauerit annos 18. poſt captam Babylonem, quam expugnauerit anno regni 12. concurrente cum anno 4. Olymp. 57. At verò eo anno Sardes in poteſtatem ſuam redegit. Deinde totam Aſiam perdomuit. Cui ſubigendæ multis annis opus fuit, antequam aduerſus Chaldæos mouerit. Neque enim qui vi bellica imperata facere coguntur, ſtatim victori parent. Deficiunt, rebellant, reſpirant ad priſtinam libertatem: ad quam recuperandam nihil non moliuntur. Narrat Herodotus poſt Cræſi cladem, Lydos à Cyro defeciſſe, auctore Pactya: & in eo perſequendo Mezarem longum tempus conſumpſiſſe. Poſtea Prienenſas ſubegiſſe. Meandri Magneſiæ campum incurſaſse. Inde morbo correptum vita exceſſiſse. Huic ſuffectus eſt Harpagus, qui aduerſus Ionas exercitum duxit. Phocæam expugnauit. Sed præſidia illic relicta, mox à Phocenſibus trucidata ſunt. Nihilominus Ionia tandem ſubacta, Caras adortus eſt. Carnios, Lycios, Lydios, partim vi, partim deditione cœpit. Pedaſij diu reluctati ſunt, multumque negotij exhibuerunt, Lycij fortiter ſe geſserunt. Ita Har-

pagus Asiam inferiorem euertebat, superiorem Cyrus, vniuersas gentes subigens, nihilque relinquens. Hæc quia breuiter dicta sunt, putant breuiter peracta fuisse. Admonet Herodotus ea se duntaxat persequi quæ sunt memoratu dignissima. Nihil eorum quidquam scribit quæ gessit Cyrus ab eo tempore, quo Persarum regnum adeptus est, vsque ad Sardes expugnatas. Num inde concludemus Cyrum initio regni Cræsum cœpisse, Sardes expugnasse, & Lydium bellum confecisse? quæ nondum peregerat anno regni sui 10. Multis deinde gentibus superioris & inferioris Asiæ debellatis, exercitum ducit aduersus Chaldæos. Hic Gyndem fluuium deduxit in riuos 360. in eoque opere totam æstatem contriuit, Ineunte vere Babylonem perexit. Videmus annum consumptum in vno flumine deriuando. Nec minus temporis & operæ positum in exhauriendo Euphrate longè validissimo. Troia decennio triuit obsessores. Babylonem muro quadrato cinctam, crasso pedes plusquam 130. sublimi suprà 330. ambitu quadrato, leucarum quoquouersus 15. quæ cingulum 60. leucarum faciunt, clausam portis 100. æreis cum cardinibus & postibus æreis, Euphrate flumine per vrbem fluente, cuius latitudo fuit ad 2. stadia, altitudo ad decem pedes, quot putas annos obsidionem pertulisse? Hic longo tempore transacto cum nihil proficeret Cyrus, inops consilij fuit. Ac meritò quis asserat Cyrum, nisi diuinis oraculis quæ tum vulgata erant, & quorum exitum Iudæi captiui constanter expectabant, animum sulcisset, obsidionem relicturum fuisse. Itaque multo labore peruium Euphratem reddidit, quod & testatur Xenophon, & prædixerat Ieremias: Siccitas, inquiens, super aquas & exarescent. Quis illa omnia breui tempore peracta fuisse credat, præter multa quæ prudens omisit Herodotus? Proinde quantum temporis excurrit ab inauguratione Cyri ad Sardium cladem, tantum Cyri gestis tribuamus à Sardibus captis ad Babylonis obsidionem, quam statuamus captam fuisse anno 72. ab excidio Templi, primò Olympiadis 61. explosa illorum sententia qui captiuitatis annos 70. à Iechonia Ordiũtur. Pugnat enim cum sacris & cœlo. Theologis tamen ignoscendum, quibus maior salutis & rerum diuinarum cura est, quàm rationis temporum. Ieremias verò seipse interpretabitur. Sunt enim anni 70. seruitutis, de quibus agit cap. 29. referendi ad conciones quas ad populum frequentes habuerat ab anno 13. Iosiæ ad quartum Ioacimi, quasque populo exprobrat cap. 25. tum à quarto Ioacimi ad id tempus quo epistolam illam scripsit post abductionem Iechoniæ in quibus non semel seruitutem annorum 70. comminatus fuerat, postquam Iu-

BIBLIOTHEQUE BLOIS
daica regio in solitudinem redacta fuisset. Nabuchodonosorem, inquit seruum meum adducam in hanc terram, & funditus excindam eos, & ponam in stuporem, in sibilum, in vastitates perpetuas, & redigetur ista terra in solitudinem, vt seruiant Regi Babylonio 70. annos, Et cum impleti fuerint, anni 70. visitabo ipsius regis Babylonici iniquitatem. Sed eadem luculentius, cap. 25. quo seruitutis septuagenariæ caput, digito videtur indicare. Efficiam (ait Deus) vt in his gentibus neq; voluptas, aut lætitia, neq; sponsus, aut sponsa, neq; molæ audiantur, aut lumen sit lucernæ. Atq; ita omni ista terra in stupendam redacta solitudinem, seruient istæ gentes Babylonio regi, annos 70. Hic vides annos 70. definiri post regionis vastitatem. Hanc interpretationem confirmat Esdras 5. 1. & liber Paralip. 2. cap. his ferè verbis, Immisit Deus Iudæis Chaldeorum Regem, qui eorum pubem in ipsa Sacrarij domo armis trucidauit, &c. Templum igni crematum est, &c. Si qui ferro superfuerunt Babylonem, ducti sunt, & Nabuchodonosori eiusq; filijs seruierunt, vsque dum viguit regnum Persicum: vt id eueniret quod Deus Ieremiæ voce minatus erat, id est vt interea terra suis frueretur Sabbatis: quæ quidem tandiu feriata est, quandiu deserta fuit ad peragendos annos 70. Anno autem primo Cyri Persarum regis, vt accederet quod Deus ore Ieremiæ prædixerat, Cyrus edictum promulgauit. Hic audimus non populum solum addictum fuisse seruituti ad annos 70. post vrbis & Templi vastationem, Sed ipsam etiam terram, vt ipsa fruatur suis Sabbatis. Non prius quieuit terra, quam deserta fuit: nec prius deserta, quàm vrbs diruta & Templum excisum. Nam ad hoc vsque tempus suos habuit colonos, Regem, pontifices, Sacerdotes, Ciues, qui vrbem incolebant, & in Templo Sacrificia peragebant: agricolas ruri, qui tellurem exercebant. Templo & vrbe deletis, populoque Babylonem translato, terra tum demum feriata est ad annos 70. Iam è sacris & cœlo satis perspicuum est annos 70. non à Iechonia, sed ab vrbis & regionis solitudine accipiendos esse. Itaque omnium minimè ferendi sunt qui Babylonicæ captiuitatis initio facto à Iechoniæ casu, quē ad scribunt anno Iphiti 177. manifesto errore, debetur enim anno Iphiti 159. Babylonem asserunt Darij Medi proditione absque vlla vi armata Cyro deditam, biennio post Sardes expugnatas, postquam regnum Chaldæorum Medus tenuisset annos 17. Sardes capto Cræso in Cyri potestatem redactæ sunt, anno 4. Olymp. 57. Iphiti 228. Anno igitur 230. Babylon deditione recepta est, & à Iechonia capto ad captam Babylonem anni tantum 53. intercedunt. Aufer annos 17. Medi pro-

ditoris restabunt anni 36. seruitutis sub Nabuchodonosoreis, vbi sunt anni 70. ab Ieremia prescripti, quos sine piaculo contrahere nefas: Iudæiqui in Ierosolymæ incendio gladium euaserunt, addicti sunt Nabuchodonosori & filijs eius, vt seruirent ad annos 70. At Nabuchodonosorea stirps extincta est post annos 36. Sunt igitur oracula sacra vaniora Delphicis. Mendax vates Ieremias, mendaces Esdræ & Paralipomenon libri. Berosi & Megasthenis, qui doctis & cordatis viris caliginem obduxerunt, deliria respuimus, nec pluris facimus Megasthenem Græcum, quàm Metasthenem viterbiensem. Discimus è Strabone scriptore grauissimo, & amantissimo veri, quantum fidei debeatur Megastheni. Sic enim lib. 2. Eximie, inquit, Diemacho & Megastheni fides abroganda est. Hi sunt qui homines in aure cubantes, & oris & naris expertes, scriptis suis commendant: Simul & monoculos, & tibijs proceros, & digitis retro inuersis. Innouarunt etiam aduersus grues decantata pridem ab Homero prælia: trium etiam palmorum homines asserunt isti: præterea formicas aurum effodientes, & Panas cuneato capite, serpentes qui boues & ceruos vna cum cornibus deglutiant. Hæc sunt fidei testimonia in historia Megasthenis, Sed adferamus quæ de Nabuchodonosore effutit. Nabuchodonosor, inquit, Hercule non inferior, subacta Libia & Iberia, colonijs ad Pontum deductis, regiam repetijt: vbi Deo quodam afflatus, oratione ad Babylonios habita, futuram cladem prænunciauit. Cyrum nempe Babylonem subacturum, huiusque infortunij autorem fore Medem Assyriorum spem & præsidium. Hæc vaticinatus & in Medem dira multa imprecatus, ex hominum conspectu sublatus est, nec visus postea. Et successit Euilmerodachus, deinde Nerigliffares, hunc secutus Labassoarascus: postremo Nabonidochus, quem Cyrus erepta Babylone, Carmanię præfecit. Hæc summa est fabulæ Megasthenis: A quo fortasse Berosus suam mutuatus est, qui Megasthene paulò posterior est, nisi sit coæuus. Megasthenes à Seleuco, vel Philadelpho missus est legatus in Indiam. Berosus historiam scripsit in gratiam Antiochi Dei, nepotis Seleuci. Sed vnde colligas Labassoarascum, fuisse Baltassarem: & Medem fuisse Nabonidochum, qui in regem delectus, Babylonem Cyro prodiderit. Et quis credat Nabuchodonosorem Babylonijs clade sua prænunciata, mox ex hominum oculis ereptum esse? Mirandum cur non simul addiderit, in cœlum raptum & in Quirinum transformatum. Fando audierat nugator Megasthenes, Nabuchodonosorem regno eiectum fuisse, & ex hominum societate depulsum, & hoc discimus ex Daniele: Sed eum septennio lapso, fuisse restitutum

agnoscimus

agnoſcimus. Quid igitur ad Megaſthenis fabulam ? Ex qua efficere volunt Darium Medum, Baltaſſare noctu interfecto, regiaque ſtirpe exciſa, regem Babyloniorum conſenſu procerum & populi creatum fuiſſe. Non fuit igitur regnum diuiſum, ſed vni Medo oblatum & traditum: & mendacem eſſe Danielem oportet, qui qua nocte Baltaſſar occiſus eſt, manus Diuinæ ſcripturam ita Baltaſſari regi interpretatus eſt: Diuiſum eſt regnum tuum, & Medis Perſiſque traditum. Si populi procerumque conſenſu Medes Rex Babyloniorum inauguratus eſt, debuit profecto patrijs imperare legibus, & iura Chaldaica tueri. Nemo ſiquidem Imperatorem Chaldæorum, Aſſyriorum ἄυχημα, qui hoſtiles inimicitias exercebant cum Medis & Perſis, à quibus & Niniue, & Aſſyriorum nomen & imperium deleta nuper fuerant, Medorum Perſarumque legibus obnoxium fuiſſe dixerit. Quapropter vel imperitus Daniel qui ſcripſerit, à Dario Medo non potuiſſe liberari à leonibus, quia perpetuæ Medorum Perſarumque leges obſtarent Imperatori: vel fatuus Imperator Babylonius, qui legum externarum metu, amicum inſontem iniquo iudicio non abſoluerit. Sic enim Daniel c. 6. Magno dolore Rex affectus animum ad Danielem liberandum adiecit, & de eo eripiendo ad occaſũ vſque Solis laborauit: Sed homines ad regem congregati demonſtrant, Medorum Perſarumque inſtitutum eſſe, vt omne regis decretum ratum & immutabile eſset. Igitur Rex Danielem adduci iubet, & in ſpecum leonum conijci, eum his verbis proſequens, Deus tuus quem tu aſſiduè colis, te tueatur. Deinde in Regiam profectus Rex manſit incœnatus, nullis adhibitis fidibus, caruitque ſomno. Cur Babyloniorum regem leges Medicæ & Perſicę adeo terrent, vt earum metu neque cibum neque ſomnum capiat, ſed incredibili dolore conficiatur. Diſcamus igitur non ex Megaſthenis aut Beroſi mendacjis, ſed ex Diuinis oraculis, quæ comprobauit euentus, Baltaſsaris regnum diuiſum fuiſse: nec vni Medo conceſſum à Chaldæis, ſed ad Darium & Cyrum ad Medos & Perſas fuiſse numine diuino tranſlatum. Diſcamus Iudæos captiuos ſeruijſse non Medis aut Perſis, ſed Nabuchodonoſori eiuſque filijs ad annos 70. Quibus exactis liberati ſunt à Cyro, Babylone capta: Autores habemus Ieremiam, Herodotum, Xenophontem, Megaſthene & Beroſo veraciores & vetuſtiores, Babylonem non deditione, nulloque reſiſtente, ſed bellica virtute captam direptamque fuiſse. Audimus Ieremiam clangentem inſultum c. 50. excitabo & adducam contra Babylonem cœtum gentium magnarum de terra aquilonari, qui eam oppugnabunt: deinde capietur, & erunt Chaldæi præda

& omnes prædones eius saturabũtur. Gladius ad Chaldęos, ad ciues Babylonis, ad principes eius, ad sapientes, ad diuinos, ad heroas, ad equos & currus, ad omne promiscuum vulgus, ad thesauros, qui diripiẽtur. Siccitas super aquas eius, & exarescẽt. A fragore captę Babylonis contremiscet terra &c. Esaias c. 45. annis antè propè ducentis, vaticinatus est portas in aduentu Cyrì patefaciendas esse, æreaque ostia perfringenda, & ferrea claustra conuellenda. Quid dilucidius effari potuit? hæccine est deditio vrbis, nullo resistente, captę. Blanditus est Beli sacerdos Berosus suis Babylonijs, vt Manethon Isidis Sacerdos suis Ægyptijs. Hic in Aegyptiorum Regũ recensione, Pharaonis in Mari rubro cladem silentio præterijt. Ille regis & populorum suorum internecionem alio deflectit, Regis abitu & deditione ciuium. At Herodotus antiquior Berosо, & cum Ieremię vaticinio, & cum Danielis historia consentit. Narrat Cyrum Gyndem & Euphratem fluuios transibiles reddidisse, vrbem die festo post longam obsidionem cepisse, dum ciues choreas ducerent. Similiter Xenophon lib. 7. παιδιάς, Cum audisset Cyrus, inquit, festum esse Babylone, quo Babylonij omnes totam noctem bibunt & lasciuis carminibus saltationibusque indulgent, cum primum nocte illa tenebrę factę sunt, aperuit fossas in quas manauit aqua, alueo fluminis, qui tendebat ad vrbem, permeabili reddito. Hic audimus vrbem noctu captam die festo, & Regem occisum: quem Daniel testatur epulum celebrasse, quod die festo fieri solenne est. Sed addit Xenophon, vrbe capta Cyrum iussisse, vt proclamaretur qui Syriacè loqui scirent, intus domi manerent: ne si quis extra caperetur, morte plecteretur. Parcebat enim Iudęis, quos Syros appellat: quia ex eorum vaticinijs didicerat victoriam sibi à Deo promissam esse, & prestitam. Darius Medus Assuero genitus est, Daniele teste. Apud Xenophontem, Cyaxares qui idem Assuerus, Astyagis est filius, Ergo Astyages ipse, Assuerus siue Cyaxares est apellatus. Apud Herodotum pater Astyagis nominatur Cyaxares: Ctesias verò apud Diodorum vocat Astybaram, qui Niniuem euertit cum Nabuchodonosore, autore Tobia. Estherę historia Astyagem haud dubiè vocat Assuerum & Artaxerxem. Sic etiam Darius Medus apud Esdram c. 4. vocatur Assuerus, hoc est Cyaxares, paterno & auito nomine. Igitur nõ solus Daniel Darium Medum agnouit, sed etiam Xenophon qui & socerũ Cyri affirmauit. Hinc Cyrus etsi militibus imperaret, primas tamen semper detulit. In castris aduersus Assyrios, Lydos, Chaldæos, Cyaxares hoc est Assuerus Medorum Rex, agnitus est Imperator, tum à Cyro, tum à militibus. Ideo solus nominatur à

natur à Daniele in vrbis expugnatione. Cyrus igitur & Darius Baltassarem interfecerunt & regnum Chaldęorum diuiserunt, quia vterque Chaldæis imperauit. At Cyrus animo inquieto & vniuersi dominationem appetens, non multo post exercitum duxit in Derbices, Massagetas, & alias gentes. Prius tamen Iudæis quibus beneuolus erat, facta potestate in Iudæam remigrandi & instaurandi templum. Darius ætate grauis Imperij Babylonici administrationem suscipit, cui paucis annis pręfuisse par est: cum Daniel post annum Darij primum, memoret annum tertium Cyri: qui à capta, Babylone proculdubio numerandus est: Et si enim Darius non alieno, sed proprio & Regio nomine imperauit, Cyrus tamen non excidit regia dignitate & Imperio. Neq; enim vni Dario regnum Chaldaicum diuina prouidentia concessum fuit, sed diuisum, & Medis Persisque traditum. Quapropter Megasthenis Berosique mendacijs profligatis confidenter inficiamur Babylonem proditione Medi, in Cyri potestatem venisse. Veritatem amplectimur Sacris oraculis patefactam, & à principibus historiæ literis commendatam. In friuolis ponimus quod addunt, Cyrum post Babylonis deditionem Iudæos non statim libarasse, sed parta demum pace & profligatis bellis omnibus: Quia sic edixerit. Deus Dominus cœli dedit mihi omnia regna terræ. Quę non potuit, inquiunt, Cyrus dicere nisi vltimis temporibus. Medus quem Chaldeorum regno tantum præficiunt, quo tẽpore vniuersi imperium adeptus est? cum ita ediceret, Daniel c. 6. Darius Rex, omnibus populis, nationibus, & linguis, in vniuersa terra. Nobuchodonosor num fuit vniuersi dominus, cum ei somnium à Daniele ita expositũ est. Tu ô Rex, Regum Rex es, cui Deus cælestis Regnum, imperium, postetatem, honorẽque largitus est tantum, vt quod vbicunque degit hominum, ferarum, pecorum, & ærearum volucrum genus, omnia sub tuum imperium ditionemque subiunxerit. Ita etiam edicit ipse Nabuchodonosor. Nebuchodonosor Rex omnibus linguarum populis & nationibus toto orbe degentibus salutem dicit. Romani rerum domini quando omnium potiti sunt? Sed quis diuina scripta legẽs nõ intelligit Cyrum in edicto non obscure fateri, ex oraculis sacris didicisse, liberatorem se à Deo constitutum populi captiui. Ita enim edictum scriptum, & in toto Imperio suo promulgatum est, Esdr. 1. Omnia mihi orbis terrarum regna dedit Dominus Deus cœlestis, Idemque mihi construendum sibi templum Ierosolymis in Iudæa mandauit. Nondum terrarum orbis vniuersus illi parebat, nec vnquam paruit. Cyrus apud Astyagem educatus fuit. Xenophontis enim narrationem, po-

tius quàm Herodoti amplectimur, scriptis diuinis consentaneam. Astyages idem est Asuerus, qui & Artaxerxes, Cyaxaris siue Darij Medi pater. Estheram habuit coniugem, & Mardochæum à consilijs, secundum à rege. A Mardochæo & Esthera potuerunt Cyaxares & Cyrus, ambo Asueri alumni multa de vaticinijs audiuisse: potuerunt à Daniele multa dedicisse, cum is esset Susis, anno Baltasaris tertio: vbi debilitatus ostento quod ei apparuit, ægrotauit aliquot dies, & recuperata valetudine regia negotia curauit. Annus tertius Baltasaris concurrit cum nono Cyri regis Persarum. Tum Cyrus & Asuerus siue Cyaxares, copias suas effuderant per Asiam vniuersam. Harpagus Asiam inferiorem euertebat, Cyrus superiorem. Iam Cyrus in Chaldæam aduersus Baltasarem acies dirigebat. Ea de causa missus est Daniel Susas, de belli vel pacis negotijs acturus cum Dario Imperatore Medorum, & Cyro Persarum rege. Susas quamplurimi fuerant Iudęi translati. Illic potuit Daniel cum Mardochęo, qui ad summum dignitatis gradum ab Asuero Astyage fuerat euectus, multos sermones cõferre de bello, de pace, de liberatione populi Iudaici, de vaticiniorum implementis. Mardochęus in Cyaxaris & Cyri castris fuisse potuit, cum multis alijs Iudæis. Capta verò Babylone, Iudęorum primates, Esdram, Nehemiam, Zorobabelem, Iesuam, alios Dario & Cyro de victoria congratulatos fuisse, & manumissionem oraculis promissam postulasse nemo dubitauerit, horumque nonnullos quorum virtus & integritas Medorum Persarumque principibus non ignota fuit, merito quis crediderit in consilium adscitos fuisse. Certè Daniel, qui cùm vrbs ipsa caperetur, summo dignitatis splendore conspicuus fuit, purpura indutus, aurea torque collum ambiente, & tertius in Chaldæorum regno princeps proclamatus, tantum abest vt pro hoste iudicatus fuerit, vt non multo post à Cyaxare Dario, triũuir fuerit præpositus 120. satrapis, quos Dario visum est toti regno præficere, vt prouinciæ administrarentur non ex moribus & institutis Chaldæorum, sed Medorum Persarumque legibus. Cyrus igitur intellectis vaticinijs, tum Esaię, qui annis plus 150. antequam Cyrus nasceretur, de liberatore Cyro effatus est, tum Ieremiæ, qui captiuitatem annorum 70. præscripsit, aliorumque prophetarum, sibi merito quodam persuasit vniuersi Dominum à Deo ordinatum fuisse. Sed & ipsos Iudæos vaticinia ita interpretatos fuisse consentaneũ est, vt crederent Cyrũ vniuersi Monarcham fore. Nec dubium est edictũ Cyri à Iudæo quopiam vel propheta vel Sacerdote, principi suggestum & dictatum fuisse. Quod profecto Cyro imperandi cupido animos

do animos addidit, vt Massagetas, Scythas, Indos, Derbices, vbi lethale vulnus accepit, vt tradit Ctesias, armis lacesseret: & reliquas quoque nationes adortus fuisset, nisi mors illius vota præuertisset. Cæterùm nomina Chaldæorum Medorumue regum multiplicia, non magis quemquam torquere debent, quàm si Babylonium aut Assyrium audiremus Gallorum annales legentem suo idiomate conscriptos, qui admirabundus sciscitaretur, cur vnus idemque Dominus Henricus Valesius modò Gallorũ Imperator, modò Princeps Christianiss. vel Poloniæ Rex, alijsque nominibus appellaretur. Delectantur principes epithetorum multitudine & varietate, nec rarò patrum auorumque & proauorum nomina cum suis coniungunt. Imperatores Romani, Cæsarum & Augustorum nomine donati sunt. Persarum reges, Darij & Artaxerxes appellati. Exterorum etiam lingua persæpe variat appellationes & multiplicat. Qui Græcis dicitur Astyages, Medis est Apanda, idem Cyaxares de nomine patris, & Assuerus, & Artaxerxes. Sic Darius Medus, Cyaxares & Assuerus. Sic Nabuchodonosor Nabopolassar Labinetus. Et quis non legit in historia Romana, Imperator Cæsar, Diui Neruę Augusti filius, Nerua, Traianus, Optimus Augustus, Germanicus, Dacicus, Pontifex Max. Tribunitię potestatis, Imperator X. Consul. V. PP. Sed de his satis. Redeamus in viam vnde defleximus. Lunaris defectio Cambysis, nota in Olympiadum calculo, ex initio Cyri, nos deducit ad annum quintũ Nabuchodonosoris: Inde ad Nabonassarem. Vnde Ptolemæus ad obitum Alexandri numerat annos 424. Notus & Alexandri obitus in Olympiadum serie. Quapropter latere non poterit Olympiadum Epocha. Hinc annus vicesimusquintus vrbis Romæ fundationem profert. Iam à Nabonassare vel à Nabuchodonosore, vel à Cambyse, strata via est ad obscurationẽ Lunæ, quæ Darij vltimi cladem pręcessit diebus vndecim. Hic Persis profligatis victor Alexãder, Imperator Asiæ proclamatus est ab exercitu. Nabonassaris porro Ianuarius antecedit Christianam Epocham, annis Iulianis plenis 747. congruens anno mundi 3276 A Nabonassaris Ianuario ad Ianuarium anni quinti Nabuchodonosoris, fluxerunt anni 129. hinc ad Ianuarium cladis Darianæ 290. Templum incendio consumptum est anno 19. Nabuchodonosoris, hoc est annis 14. exactis, ab anno lunaris deliquij. Aufer annos 14. ab annis 290. restabunt 276, ab incendio Templi ad Alexandri imperium. Sed ex Abaco hæc nobis demõstranda sunt. Quod vt consequeremur, Lunam lumine orbatam inspeximus anno ab Epocha Christiana decurrente 1577. Septembris die 27. feria 5. 4. Obscurationis

initio gnomonis vmbra in pedali sciotherico iungebatur horę 10.50.Blesis, cuius ab occidente longitudo est grad.21.latitudo ab æquatore 47.32.cum sensim διχότομος appareret, occurentia nubila nobis defectionis exitum expectantibus, sideris conspectum ademerunt. Ex numeris tamen & Ptolemæi & Copernici medium plenilunij veri, cadit ferè in vnius horæ sextantem post mediam noctem. Hinc tēpora retexentes ad eam ☽æ defectionem quam Ptolemæus Alexandriæ inspexit anno 20. Adriani, Pharmuthi die 8. hoc est Martij die 6. ante Solis exortum, horis ferè 3. comperimus ab Ianuario anni 1577. ad Ianuarium 20. Adriani, annos Iulianos 1421. Inde regressi ad Ianuarium Nabonassaris, inueniemus annos 882. Thot verò Nabonassaris diem primum, concurrere cum 26. februarij, feria 4. ☿ anni à Christiana Epocha retro numerati 747. Hic annus est ab intercalari secūdus, congruens anno mundi 3276. Itaque ab epocha Nabonassaris, subduximus annum vnum & dies 56. vt haberemus Epocham Nabonassaris annis Iulianis congruentem: ac Iulianam Nabonassaris Epocham statuimus in meridie pridie Cal. Ian. anni 748. ineuntis ab Epocha Christiana in præcedentia numerati, qui est mundi 3275 incipiens primus ab intercalari. In tabulis enim Astronomicis annorum Iulianorum series ita digesta est, vt quartus quisque tres singulos antecedentes vno die superet, voceturque intercalaris, siue bissextilis, ob illius diei intercalationem, quæ fit sexto Calendas Martij. Dies enim bissextus appellatur, quia sextus ille à Calendis Martij Dies, bis nominatur & pro vno die biduum accipitur. Sed propius abacum spectemus. Anni Aegyptij principio, quo Regnum inijt Nabonassar, Meridie primi diei Thot, primi mensis Ægyptiorum, Solis & Lunæ motus ab artificibus obseruati sic habuerunt.

	Solis motus æqualis ab Apogæo.	Lunæ motus æqualis à Sole.	Anomaliæ ☽æ motus.	Latitudinis ☽æ
	S g′ ″	S. g. ′ ″.	S. g. ′.	S. g. ′.
Epoche Nabonass. Aegpy.	4. 25. 15. 0	1. 10. 37. 0	4. 28. 49.	5 54. 45.

Sol motu verò tenuit ♐ 3.8. Luna ♋ 8.20. Abest hæc Epoche à Christiana annis Aegyptijs plenis 747. diebus 130. Posterior est Epocha Iuliana, diebus 421. Dissita est autem Iuliana à Christiana, annis Iulianis 748. Motus Epoches Iulianæ hi fuerunt. Anomaliæ Latitud.

Solis

	Solis motus ab apogæo.	Lunæ a Sole.	☽	☽
	S g ' "	S gr. ' "	S g '	S. g. '
Epoche Nabonassaris	3. 29. 18. 42.	5. 26. 7. 17.	2. 35. 24.	2. 51. 57.
Iuliana				

Verus locus Solis ♉ 6. 1. Lunæ ♏ 27. 26.

Ab his Epochis, quæ sunt termini siue limites in cœlo positi, tempora insequentia pendent, è cœli vertigine subducta. Enimuero ante Nabonassarem phænomena quæ spectata fuerint, nulla memorię prodita sunt. Scribunt tamen permulti extitisse Solis defectiones in Romuli conceptu, & obitu, atque etiam in vrbis fundatione. Sed has postea excutiemus, nunc canonen persequimur.

Abacus Lunaris deliquij, quod annus quintus Nabuchodonosoris exibuit: Ab Epoche Nabonassaris in annis Aegyptijs.

		☉ ab apog. S gr ' "	☽ a ☉ S g. ' "	Anom. ☽ S gr. '	Latit. ☽ S g. '
Epoche Nabon. Aegyptia		4 25 15 0	1 10 37 0	4 28 49	5 54 45
Anni Aegyptij	100	5 35 41 15	0 2 15 47	3 51 52	1 51 19
	26	5 53 40 43	2 10 11 18	2 26 41	4 26 32
Dies	60	0 59 8 17	0 11 26 41	1 3 54	1 13 46
	26	0 25 37 35	5 16 57 34	5 39 41	5 43 58
Horæ	16	0 0 39 26	0 8 7 38	0 8 43	0 8 49
Scrip	47 26	0 0 1 50	24 2	26	26
Summa Medij motus.		5 20 4 12	3 0 0 0	5 40 6	1 19 35
προσθαφαιρεσις		add. 1 28 30	1 34 0	☉ præcedit.	h. 0 14
Med. mot ☌ veræ		5 20 3 31	2 59 52 30	5 39 58	1 19 27
Verus locus ☉ ☽		0 27 1	3 27 1		1 20 52

Latitudo ☽. 0 48. hor.
Semidia. ☽ 16.
Vmbræ 41.
Summa semid. 57.
Reliqua de summa. 9.
Digiti ecliptici $3\frac{1}{2}$

	Epephi
Tempus	d h 1
Medię ☌	27. 10. 41.
Verę ☌	27. 10. 33.

Abacus eiusdem deliquij, in annis Iulianis ab Epocha Nabonassaris Iuliana.

		☉ ab apog.	☽ a ☉	Anom. ☽	Latit. ☽
Epoche Nabon. Iuliana		3 29 18 42	5 26 7 18	2 35 24	2 51 57
Anni Iuliani	100.	0 0 19 43	5 7 1 55	3 18 30	1 22 3
	27.	5 59 21 0	5 32 57 19	5 13 48	2 14 38
Martius		1 28 42 26	0 17 10 2	1 35 51	1 50 38
Dies	22.	0 21 41 2	4 28 11 47	4 47 26	4 51 3
Horæ	16.	0 0 39 26	0 8 7 38	0 8 43	0 8 49
Scrip.	47 $\frac{1}{5}$	1 56	24 2	26	26
Summa eadem quæ in abaco Aegyptio		5 20 4 15	3 0 0 0	5 40 8	1 19 34

Abacus defectionis Lunaris, quæ Persarum exitium ad Arbelam dieb. II. præcessit, in annis Aegyptijs

Epoch. Nabon. Aegyp.		4 25 15 0	1 10 37 0	4 28 49	5 54 45
Anni Aegyptij	400.	4 22 45 2	0 9 3 9	3 27 30	1 25 15
	16.	5 56 6 35	4 33 17 44	5 39 30	3 39 25
Dies	300.	4 55 41 26	0 57 13 27	5 19 30	0 8 48
	10.	0 9 51 23	2 1 54 27	2 10 39	2 12 8
Horæ	14 $\frac{1}{4}$	0 0 35 7.	7 14 13	7 45	7 51
Summa æqualium motuum.		1 50 14 33	3 0 0 0	3 13 43	1 28 12

Abacus eiusdem defectionis in annis Iulianis.

Epoche Nabon. Iuliana		3 29 18 42	5 26 7 18	2 35 24	2 51 57
Anni Iuliani	400.	0 1 18 50	2 28 7 39	1 14 0	5 28 11
	17	5 59 48 35	1 32 20 49	2 0 29	1 1 2
Augustus		3 59 30 33	1 22 21 6	4 54 47	5 34 35
Dies	30	0 19 42 46	4 3 48 54	4 21 18	4 24 35
Horæ	14 $\frac{1}{4}$	0 0 35 7	7 14 14	7 45	7 51
Summa		1 50 14 33	3 0 0 0	3 13 43	1 28 11
Aequatio		Subt. 1 11 20	add. 1 18 30	☉ præcedit	hor. 4 $\frac{1}{3}$
Motus horarum 4. auferend.		10 45	2 12	2 21	2 23
Motus æqualis Veræ ☍		1 50 3 48	2 57 48	3 11 22	1 25 49
Aequatio		Subt. 1 11	add. 1 2	subt. 40	add. 1 2
Verus locus ☉ ☽		2 54 23	5 54 23	3 10 42	1 26 51

Latitudo ☽	16.	6
Semidiameter ☽	17	30
Vmbræ	45	30
Summa Semidiametrop	63	0
Reliqua de summa	47	0
Digiti	16	

Septembr.	d	h	i
Tempus			
Med. ☍	20	14	15
Veræ ☍	20	9	55
Ad meridianum Alexandriæ			

Babylon

Babylon cui vicina est Arbela, orientalior est Alexandria ho.o 56 Vera ☍ siue medium defectionis, incidit in Arbelide hora pomerid. 10. 5′ defectionis initium ho. 8. 25. secunda noctis hora, vt ait Plinius. In Sicilia verò Luna exoriente, paulo post occasum Solis, qui eo die mersus est in Oceanum, hor. 6. 8. Vndecima post id deliquium nocte, Darius acies instruxit, proxima luce pugnauit infeliciter, ad Gaugamela aduersus Alexandrum, Calendis Octobris, feria 6. ♃, annis ante Christianam Epocham 331. Tum Alexander Asiæ Imperator ab exercitu salutatus est.

Interuallum duarum Eclipseon annorum est Iulianorum 290. d. 151. Aufer annos 14. ab eclipsi Nabuchodonosoris delapsos, ad incendium Templi, restabunt anni 276. quot habet sextus Canon.

His ita expositis, elicitur Methodus conuertendi annos Aegyptios Ptolemæi, in annos Iulianos. Tempori dato, adde annum 1, dies 57. Composito aufer bissexta. Reliquum dabit annos Iulianos ab Epocha Nabonassaris Iuliana, & dies excurrentes siqui sint. Confer dies cum mensibus anni Iuliani, habebis diem mensis Iuliani respondentem mensi Aegyptio, Exemplum illustrabit regulam. Anno 55. secundæ periodi Calippi, Luna defecit tota, nono die Mechir. Tempus est datum à Nabonassare Aegyptio annorum 547, dierum 158. Additione facta anni vnius & dierum 57. tempus erit compositum, annorum 548. d. 215. A diebus ablata bissexta 131. relinquũt dies 78. Sunt igitur à Nabonassare Iuliano, anni Iuliani 548. dies 78. Collati dies 78. cum mensibus Iulianis, incidunt in 19. Martij. Methodus comprobatur ex annorum Aegyptiorum & Iulianorum consensu in vtroque Abaco.

Anni ab euersione Templi ad Imperium Alexandri	276.
Ad Imperium Cyri persicum	48.
Ad captam Babylonem	71.
A condito mundo ad Ianuarium Olympiadis primæ	3246.
Ad Ianuarium vrbis Romæ	2270.
Nabonassaris	3275.
Excidij templi	3415.
Cyri	3463.
Babylonis captæ	3486.
A condito mundo ad Ianuarium Imperij Alexandri	3691.

Canon Septimus.

Ab Alexandri Imperio ad Messiam, anni 329.

Demonstratio.

Imperium Alexandri in annum Mundi incurrisse 3692. suprà demonstratum est, dissitum ab initio Cyri, quod cōgruit anno Mundi 3464. annis 228. Statutæ sunt Olympiadum sedes, Romæ, Nabonassaris. Inde scripta Herodoti, Thucididis, Xenophontis, Diodori, Dionisij, Liuij & aliorum, ex annis Olympiadum, vrbis Romæ, Persarum, Græcorum, qui Asiam, Macedoniam & Aegyptum tenuerunt, certam & continuam temporum seriem ad Augustos vsque proferūt. Sed his omissis, quia labi & errare censeri possunt, neque coniecturis ab historia profana mutuatis agimus, sed demonstrationes instituimus, quæ nullo modo labefectari queant, cœlestes vias consectabimur, omnis errationis expertes. Communis omnium ferè sententia est, Christum anno 42. imperij Augusti natum esse. Epiphanius notat consules Romanos Augustum XIII, & Silanum. Qui in marmoribus Capitolinis Siluanus exaratur. Et veré quidem Epiphanius consules indicauit. Sed ij non anno 42. Imperij Augusti, consulatu functi sunt, verum anno 41. Nam Augusti Imperium orditur historia Romana à Triumuiratu, quem cum Antonio & Lepido arripuit Augustus, anno V. C. 710. ex A. D. V. K. Dec. ad Pr. C. Ian. Sex. Hoc est ex 27. die Nouembr. in Quinquennium. Ergo initio facto á Calendis Ianuarii proximis Romano, more, annus primus Imperij fuit, V. C. 711. Annus 42. incurrit in annum V. C. 752. Consules verò ab Epiphanio prediti, ad scribuntur anno 751. Atq; hunc annum tribuit Tertullianus natiuitati Christi. Ecclesiæ Romanæ diem Christi natalitiū statuunt sub finem Decembris, VIII. Cal. Ianuarii. Theophaniam Græci sub initium Ianuarij. Clemēs stroma tographus tradit Christū natū esse anno 28. Augusti: Sed nonnullos accuratius scrutatos, eum diem cōtulisse, partim in mensis Pachon, partim in mensis Pharmuti diem 25. Pharmuti dies 25. tum temporis cocurrebat cum 20. Aprilis: Pachon dies 25. cū 20. Maij: Annus 28. Augusti cadit partim in annum V. C. 750. partim in annum 751. Quia Alexandrini Augusti imperiū auspicantur ab interitu Antonij & Cleopatræ, anno altero ab Actiaca victoria, V. C. 723. quo Ægyptus Imperio Romano adiecta est. Glosa ordinaria c. 2. Ester, Christum incarnatum fuisse mense Ianuario scribit. Sententiarum varietas tetastur diem quo Christus homo natus est,

non satis

nõ ſatis compertum fuiſſe veteribus,& nobis etiam relictũ eſſe de hac quæſtione diſputandi locum.Quoniam igitur è ſacris & cœlo demonſtrationes exigimus,videamus quid in vtriſque nobis offeratur. Ioannes, vt ſcribit Lucas c.3.de Chriſti regno predicationes inſtituit, anno 15. Tiberij Cæſaris: & in Iordane Chriſtũ abluit annos ferme 30. natum. Poſt baptiſmum Chriſtus in deſertum ſeceſſit dies 40. ieiunus, & tentatus à Diabolo. Quo ſuperato redijt ad Iordanis oram,vbi Ioannes luculenta de eo teſtimonia palam edidit. Tum cœpit Chriſtus diſcipulos ſibi adſciſcere. Mox cum matre & diſcipulis vocatus interfuit nuptijs, Canæ in Galilæa,in quibus diuinam potentiam primum exeruit, aqua in vinum conuerſa. Poſtmodum concedit Capernaum,ſed ad paucos dies.Inſtabat enim paſcha, cuius gratia mox Ieroſolymam aſcendit,& mercatores eiecit è templo.Hæc peragi potuerunt ſpatio minore trimeſtri.Neque enim multum temporis interceſſit inter baptiſmum & Paſcha, vt ex Luc. c.3.& Ioan. c. 1. &2.facilè percipias. Annus porrò Tiberij decimuſquintus,incipit à die 19.mẽſis Auguſti, deſinens in annum vrbis Romæ 781. Anno igitur vrbis 781. Tiberij 15. Chriſtus egit primum Paſcha, poſt baptiſmum, verno æquinoctio, quod tum temporis coïbat cum 23. Martij. Plenilunium verò quo Paſcha Ieroſolymis agebatur,ſecutum eſt die Aprilis 28. Tum potuit Chriſtus annos 30. impleſſe, cum in templo doctoris munus obijt. Accedebat enim ad annum 30.cum ab Ioanne baptiſmum ſuſceperet, menſe Februario. Sic enim Lucas accipiendus eſſe videtur cũ ait,ἦν ὁ ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν.Incipiebat eſſe 30. fermè annorum, quia nondum triceſimũ exegerat,deerant enim duo treſue menſes.Atque inde cõſequimur Chriſtum verno tempore natum eſſe. Iam ſi ab anno 15.Tiberij,Chriſti triceſimo,vrbis 781.regrediamur in præterita,ad annos 30. occurret nobis annus V.C.751. Auguſti Imperij 41. Conſules Auguſtus XIII.& M.Plautius Siluanus,qui Silanus ab Epiphanio nominatur. Benè igitur Epiphaniusconſules indicauit, ſed in anni deſignatione lapſus eſt,vt & alij,qui Chriſtũ anno Imperij Auguſti 42.deſinẽte,vel ineunte 43.in ipſa bruma natũ aſſerũt.Ideoque annũ baptiſmi Chriſti apud Lucã accipiunt triceſimũ incipiẽtẽ.Sed illorũ ſẽtentiæ repugnat Euãgeliũ Mathei c. 2. Qui Herodem Iudæę regẽ narrat infantes trucidaſſe infra bimatũ, pro tempore quod à Magis perquiſierat,At verò Herodes obijt ineũte anno Auguſti 42. Si eodem anno deſi nente natus eſt Chriſtus, Ioſephus vir Mariæ virginis, nihil cauſæ habuit cur in Aegyptum aufugeret. A cane mortuo nihil ei fuit metuẽdum.Interitus autem Herodis certiſſima nota cœlo inſculpta eſt,à Io-

sepho historico, lib. 17. c. 8. 9. Is Herodem scribit septuagenarium, cum à suis se veneno & insidijs imperi comperisset, grauissime ęgrotasse, eumque ad seuitiam & immanitatem conuersum, omnia deinceps inhumane & atrociter gessisse: Mathiam sacerdotem in crucem egisse, quo tempore Luna noctu lumine deficit: Tum ad Callirrhoës calidas aquas deferri voluisse: Indeque recessisse Ierichuntem, atque illic Antipatrum filium tolli iussisse, & post quinque dies diris cruciatibus oppressum interijsse, postquam regnasset annis 34. A capta Ierosolyma, quam expugnauerat M. Agrippa & Caninio Gallo Coss. hoc est anno V. C. 716. Lunaris deliquij tempus incidit in 9. diem Ianuarij feria 5. ♃ media nocte quæ ad decimum diem ferebatur anno V. C. 752. Augusti Imp. 42. ineunte, Cuius abacum subijciemus. Obijt Herodes paulo ante Pascha, vt testis est Iosephus c. 10. Oportet Christi natalem Herodis excessũ præcedere. Quapropter necessario natus est anno 41. Augusti. Ac ne quispiam suspicetur annũ Herodis extremum qui fuit 35. alio ☽ deliquio posse designari, sciat in annis regni Herodis 32. 33. 34. nullam fuisse conspicuam ☽ defectionem: Sed nec in anno eius obitum proxime sequẽte: Ideoque in Herodis obitu temporis errorem subesse non posse. Annus præterea Tiberij 15. è cœlo certissimus est. Excessit enim Augustus, anno imperij 56. V. C. 766. 4. Cal. Septemb. Quo die Tiberius Imperium suscepit. Eo anno, vt Tacitus autor est, 27. Septemb. Luna defecit. Cuius abacum etiam exhibebimus. Hic annus deliquio ☽ illustris, ad 15. Tiberij deducit, spectantem partim ad annum V. C. 780. partim ad annũ 781. Sed annus 780. non quadrat in baptismum Christi. Obstant enim absona duo: tum quia 30. annis in antecedentia retextis, longius recederemus ab Epocha Christiana, quæ triennio sequeretur verum Christi Natalem: tum quia non incideremus in Consules ab Epiphanio verè proditos: Eò itaque nos adducunt necessario, & cœli, & sacræ profanæque historiæ volumina, vt annũ 15. Tiberij à Luca memoratũ, accipiamus eum qui est vrbis Ro. 781. quo anno consulatum gesserunt C. Rubellius Geminus & C. Fusius Geminus. Eo anno mense Februario Christus baptismum suscepit, & Vere proximo exegit annum 30. Igitur editus est in lucem anno V. C. 751. Augusto XIII. & Siluano Coss. verna temperie, die 25. Pharmuthi, A prilis 20. anno Imp. Augusti 28. ab Ægypto recepta, vt Clemens adnotauit. Qua tempestate pastores in agro excubias agebant, ouilia noctu custodientes, plenilunio nectem illustrante. Eóque lumine freti pastores ab Angelis moniti de Messia nato, Bethleem contenderunt. Brumæ rigor tecta vix relinquere patitur, &

in agris

in agris excubare. Accedit Magorum aduentus è Perside, leucis 250. à Iudæa distita. Hos biennio stellam Messiæ iam conspicatos, verisimile non est rigentem brumam expectasse, sed poiùs vernum tempus captasse, quo longum iter capesserent. Hoc autem conficere potuerunt menstruo spatio. Itaque paulopost natum Messiam, in viam se dederunt sub Aprilis exitum. Bethleem verò peruenerunt Maio desinẽte, cùm Virgo iusta puerperæ dierũ 40. ferè peregisset. Adorato Messia, muneribus oblatis, in Persidem reuertuntur. Ioseph cum Virgine matre & puero, in Aegyptum aufugit, exeunte Maio, vel Iunio ineunte. Anni tempestas congruit historiæ rerum gestarum. Cætera etiam conspirant cum harmonia temporum. Ex quibus efficitur, annorum Christi principium deberi anno mundi 4021. qui est 28. ab Aegypto recepta. Et in annis Christi, quos in actionibus tum publicis, tum priuatis vulgò numeramus, deesse biennium. Itaque annum hunc quem dicimus 1580, abesse à Christi principio, annis 1582. Neque tamen numeros epochæ Christianæ mutandos esse censemus: Sed Epocha retinenda est, ab historicis & mathematicis posita, multisque iam ætatibus in vsum recepta, ne quid turbetur in historiarum & actionum serie hactenus obseruata. Hîc enim vsum libenter populo concedimus, scientia doctis reseruata. Procliuis fuit lapsus in annorũ Christi limite cõstituendo; propterea quod multis post natum Christum sęculis, temporum notatio non à Christo sumpta est, sed ab vrbe Roma, Consulibus, Olympiadibus, Alexandri morte, Augusti imperio, Diocletiani, & similibus Epochis. Temporis cursum à Christo numerare, primus sapienter docuisse fertur Dionysius exiguus Abbas Romanus, circa annum Christi 532. imperante Iustiniano, Iuris conditore, Is quia non satis accuratam haberet Chronologiæ peritiam, duobus annis ab errauit à scopo. Alfonsus, Rex Castulonensis & qui deinceps secuti sunt Mathematici, cœlestes Epochas accommodarunt instituto Dionysiano; ex quibus in singulos annos errore biennij nihil officiente, certissima cœli phænomena mirabiliter suppeditant. Sed hîc in mentem subit eorum ridere insaniam, qui horoscopum Christi extruunt, ex vulgato annorum numero, ac de Christi vita & moribus, de religione, de sectis, & alijs huiusmodi, mira somnia in vulgus edunt, cum neque diem, neque annum, ac multo minus horoscopum, vnquam habuerint notum: Quibus minus exploratis asserunt ipsi fatidici fata genethliaca prorsus ignorari. Illis porrò assentiri non possumus, qui Magos ex stellæ visæ positu, & siderum apotelesmatis, tempus nascendi Messiæ percepisse prodiderunt. Potius admonitos osten-

to fuisse arbitramur, vt scripta Prophetica quæ apud Chaldæos & Persas, iam inde ab exilio Babylonico vulgata fuerunt, accuratiùs scrutarentur. Oportet enim stellam annis aliquot ante Christi conceptum, quasi huius prænunciam illuxisse, quod ex laniena bimulorum & natu minorum ab Herode patrata colligitur, qui pueros á bimatu iussit trucidari; quia ex Magorum sermone intellexerat stellam iam ferè biennio apparuisse. Non fuit stella de Cometarum vulgarium genere; cuiusmodi si fuisset, quid ex ea certi intelligere potuissēt de Messia, cùm nemo hactenus ab omni seculo, cometarum motū, ortum, occasum, vllùm-ve apotelesma potuerit explicare ante rerum euentum. Quæ enim de his Arabes cōmēti sunt, planè futilia sunt. Intellexerunt Magi cometam non fuisse vulgarem, sed stellam Messiæ. Vidimus, inquiunt, illius stellam in Oriente; ideo eum adoratum venimus. An fuerit illis dux itineris, incertum est; nec narrat Mathæus eam in itinere visam. Sed vbi ab Herode Magi digressi sunt, rursus eis apparuisse, eos antecessisse ac tandem ob oculos stetisse vbi puellus quiescebat. Cometæ in æthere nascentes etsi proprio motu, aliàs ad ortum, aliàs ad Boream & Austrum ferantur, nihilominus summa cœli celeritate rapti, torquentur in Occasum, & orbem absoluunt, nec interdiu apparent. Non fuit illis temporibus absconditum Messiæ nascituri tempus. Simeoni oraculum fuerat editum, non visurum se mortem, donec Christum vidisset. Rabbinus Haccados, vt est in Iudæorum monimentis, paulò antè multa de Christo breui nascituro scriptis vulgauerat: Et alius Rabbi Heccanę filius post annos 50. Christum venturum scriptis affirmarat, filio suo gratulatus, quòd Messiam visurus esset. Eo modo Magi stella noctu diuque primùm visa, non ex illius horoscopo, aut cœli cardinibus astrorum-ve apotelesmatis, sed voluendis & consulendis Prophetarum vaticinijs, tempus Messiæ venturi rimati sunt. Iacobi Patriarchæ vaticinium perspiciebant, quo significatur sceptrum siue principatum à Iuda non recessurum, donec Messias venisset. Fama perferebat Herodem Idumæum & extraneum, à Romanis Iudæorum Regem creatum esse, & ab ipso Herode Rege Hircanum & vniuersum genus regium sublatum fuisse: itaque in Iuda cessasse dominatum, & Messiæ tempus venisse. Quo intellecto iter, Dei instinctu, instituerunt in Iudæam, & longis itineribus Iudęorum Regem quæsierunt. At Iudæi, apud quos Rex illis natus est, ne pedem quidem mouerunt, vt eum obseruarent.

Abacus

Abacus defectionis ☽ quæ Herodis obitum præcessit

		Mo. ☉ ab Apog.				☽ a ☉				Anom. ☽			Lat. ☽		
		S	gr	′	″	S	g.	′	″	S	g	′	S	g	′
Epoche Nabonassaris															
Iuliana		3	29	18	42	5	26	7	18	2	35	24	2	51	47
Anni	700.	0	2	17	59	5	49	13	24	5	9	30	3	24	19
	47.	5	59	24	57	1	46	21	42	5	53	30	4	55	2
Dies	9.	0	8	52	15	1	49	43	0	1	57	35	1	59	4
Horæ	16 53	0	0	41	36	0	8	34	36	0	9	12	0	9	18
Summa.		3	40	35	29	3	0	0	0	3	45	11	1	29	30

Vera ſyzygia præceſſit mediam hor. 3. 55. vera latitudo ☽ gr. 0. 5. Defectio valde atra fuit, Digitorum 20. Summum caliginis contigit Ieroſolymis hora 0.18. poſt mediam noctem, quæ nonum Ianuarij diem à decimo dirimebat. Inibat annus mundi 4021. vrbis Romæ 751. Currebat annus ſecundus Olympiadis 194. à diebus æſtiuis. Decembris inſequentis diem 25. Chriſti natalem Eccleſia Ro. perperam ſtatuit.

Plenilunium eclipticum, quod Auguſti mortem ſecutum eſt, præceſſit medium, horis 12.45. Defecit digit. 19. Summa caligo Romæ incidit in diem 27. Septemb. feriam 7. ☽ mane hor. 4. 8. à media nocte diſſitum eſt à ſuperiore, annis 14. menſ. 7. ½ Annus fuit mundi 4036. V. C. 766. Secundus olympiadis 198. Quartuſdecimus ab Epocha Chriſtiana.

Abacus tēporis & motus ☽ in eclipſi quę Auguſti mortē ſecuta eſt.

		S	g.	′	″
Epoche Nabonaſſaris					
Iuliana		5	26	7	18
Anni	700	5	49	13	24
	61	2	49	50	30
Auguſt.		1	22	21	6
Dies	27	5	29	9	1
Horæ	6 3′1	0	3	18	41
Summa		3	0	0	0

Iam Chriſti natali patefacto, non erit alienum ab inſtituto Chronologico, de eius exceſsu quęrere. Cuius tempus nos ignorare nō ſinit lumen Solis, præter naturę leges obſcuratū, in plenilunio, anno quarto Olympiadis 202. vt Phlegon egregius Olympiadum Supputator, veriſſimè adnotauit.

Chriſtus enim plenilunio quod Æquinoctium vernum proxime ſecutum eſt, ſecundum legem, cum diſcipulis Paſchate peracto, mox agnus pro nobis immolatus eſt. Teſtantur autem cœleſtes conuerſiones, Æquinoctium tum temporis incurriſſe in 23. diem Martij: Plenilunium verò proximum, in tertium diem Aprilis. Vera ſyzygia poſterior fuit media horis 10. ¼. Itaque Luna diametrum Solis occupauit, hora 5. ¼, à meridie, 3. Aprilis Ieroſolymę 6. ♃. Annus fuit 33. ab Epocha Chriſtiana, mundi 4055. Iphiti à diebus æſtiuis, 808.

Q

Nabonassaris Ptolem. 780. die 21. Pharmuthi. Nec si pluribus annis vltra citraque tricesimũ tertium annum Epochæ Christianę, luminum Syzigias subduxeris, vllam reperias quæ congruat ætati Christi simul, & feriæ sextę. Vnde manifestũ est Christum in crucem actum esse anno ætatis 34 propè confecto, regni Tiberij 19, vrb. Ro. 785. Ser. Sulp. Galba & L. Cornel. Sulla, Coss. Noster porrò epilogismus historiæ sacræ cœlòque consentiens, quinque Christi paschata luculenter patefacit. Primum enim egit an. 15 Tiberij, vrb. Ro. 781. duob. Geminis Coss. cùm paucis antè mensibus ab Ioanne ablutus fuisset. Quintum & postremum pridie quàm pateretur, anno Tiberij 19. Sed requirit hæc disquisitio, vt historicę veritatis speciem ponamus ob oculos.

Abacus Aequinoctij			
Nabonassar	☉		
Iulianus	3	29	19
Anni 700	0	2	18
80	0	0	16
Februar.	0	58	9
Dies 22	0	21	41
Summa	4	51	43
Aequatio ad		2	10
Apogæon	1	5	30
Locus ☉	5	59	23

in meridie 22. Martij. Post horas 15 Sol vernam sectionem assecutus est.

Abacus Plenilunij			
Nabonassar	☽	a	☉
Iulianus	5	29	7
Anni 700	5	49	14
80	2	53	38
Martius	0	17	10
Dies 2	0	24	23
Horæ 18.37.	0	9	28
Summa	3	0	0

A. An-

A. Annus incipiens Imperij Augusti quadragesimus primus vrbis 751. Secundus Olymp. 194. Herodis 35. Circa veris principium Christus natus est.

B. Luna defecit 9. die Ianuarij media nocte, quę ad decimum ferebatur. Annus est Herodis 35. qui Aprili proximo interijt paulò ante Pascha.

C. Christi Epocha Christiana à Cal. Ianuarij, biennio ferè posterior Christi natali.

D. Annus est vrbis Ro. 766. Imperij Augusti 56. à Trium-viratu: 45. ab Actiaca victoria: 44. ab Aegypto recepta: 14. ab Epocha Christiana. 789. Iphiti: finiens in diebus æstiuis proximis. Excessit Augustus 14 Cal. Sept anno Iphiti 790. quo defũcto Tiberius imperium suscepit diebus 40. insecutis, nempe 27. Septemb. Da defecit mane hora à media nocte 4.

E. Annus Tiberij dicimus quintus incipiens ab Augusto mense, desinens in eundem mensem. Annus est Christi tricesimus, au-

CONSVLES ROMANI.		August.	Anni Chri.	Aetatis Chri.	Vrb Ro.	Olym.
						194
L. Corn. Lentulus M. Valerius Messalin° Cotta	A *	40			750	1
Imp. Cæs. Augustus XIII M. Plautius Siluanus.		41		1	751	2
Cossus Cornelius Lentulus C. Culphurnius Piso, Augur.	B *	42		2	752	3
C. Iulius Aug. F. D. N. Cęsar L. Aimillius Paulus.	C *	43	1	3	753	4
P. Vinicius. P. Alfenus Varus.		44	2	4	754	195 1
P. Ailius Lamia N. Seruilius		45	3	5	755	2
Sext Ailius, Q. F. Catus C. Sentius Saturninus.		46	4	6		3
Cn. Cornelio Cinna Magnus. L. Valerius potit. F. Messalla		47	5	7		4
M. Aimilius Lepidus L. Arruntius.		48	6	8		196 1
A. Licinius Nerua Silianus Q. Cecilius Metellus Cretic.		49	7	9		2
M. Furius Camillus Sext. Nonius Quintilianus.		50	8	10	760	3
Q. Sulpitius Camerinus C. Poppæus Sabinus.		51	9	11		4
P. Corn. Dolabella C. Iunius Silan° flam. Mart.		52	10	12		197 1
T. Statilius Taurus M. Aimilius Lepidus.		53	11	13		2
Germanic° Cæs. T. F. Aug. N. C. Fonteius Capito.		54	12	14		3
C. Silius L. Munatius Plancus.		55	13	15	765	4
Sext. Pompeius Sex. fil. Sext. Apuleius Sex. fil.	D *	56 Tib.	14	16		198 1
Drusus Cæsar, T. F. C. Norbanus Flaccus.		1	15	17		2
T. Statilius Sisenna Taurus L. Scribonius Libo		2	16	18	168	3
						4

tôre Luca. Quo desinente, ablutus est in Iordane. Inde secessit in desertum ad dies 40. Ieiunus. Reuersus interfuit nuptijs in Galilæa. Audito Ioannis carcere, concedit Capernaũ ad paucos dies, quia Pascha instabat.

F. Annus 19. Tiberij, ætatis Christi 34. desinens in Paschate, V.C. 785. quartus Olymp. 202. Christus mortem subijt 3. die Aprilis, feria 6. ♀ in plenilunio, quotẽpore lumen Solis obscuratũ est meridie, cùm Luna imum cœli teneret. Sed reuertamur ad Canonem, & calculum temporis ineamus, quod intercedit inter defectionem Lunarem, quæ pugnam ad Gaugamela 10. diebus antecessit, & eam quæ ante Herodis obitum apparuit. Prius deliquium abest à Nabonassare Iuliano annis plenis 417. in 8. d. 20. Posterius ab eodem limite diuulsum est, annis integris, 747. d. 9. Ablati 417. à 747. relinquunt annos 330. Aprili præcedẽte natus est Christus. Itaque annus vnus

CONSVLES ROMANI.		Tiber.	Anni Chri.	Aetatis Chri.	Vrb Ro.	Olym.
C. Cæcilius Rufus L. Pomponius Flaccus.		3	17	19	769	4 199 1
Ti. Cæsar, Augusti F. IIII. Germanic° Cæsar, Ti. F. II.		4	18	20	770	
M. Iunius Silanus L. Norbanus Flaccus.		5	19			2
M. Valerius Messalla M. Aurelius Cotta.		6	20			3
Ti. Cæsar, Augusti F. III. Drusus Iulus, Ti. F. II.		7				4 200 1
D. Hatetius Q. F. Agrippa C. Sulpitius Galba.		8				
C. Asinius Pollio C. Antistius Vetus		9		25	775	2
Ser. Cornelius Cethegus Visellus L. F. Varro.		10				3
M. Asinius M. F. Agrippa Coss. Corn. Lentulus		11	25			4 201 1
Cn. Cornelius Lentul. Getul. C. Caluisius Sabinus.		12				
M. Licinius Crassus C. Calpurnius Piso.		13				2
App. Iunius Silanus P. Silius Nerua.	E	14		30	780	3
C. Rubellius Geminus C. Fusius Geminus.		15		31		4 202 1
M. Vinicius Quartinus L. Cassius Longinus.		16	30	32		
Ti. Cæs. August. German. v. L. Aelius Seianus		17		33		2
Cn. Domitius Ahenobarb. M. Furi° Camill° Arũtuis Sc.		18		34		3
Seru. Sulpitius Galba L. Cornel. Sulla.	F*	19		35	785	4 203 1
P. Fabius Priscus L. Vitellius Nepos.		20		36	786	
		21	35	37	787	2

vnus

vnus auferendus est ab annis 330. restabũt 329.quot habet septimus canõ.

Et isthæc quidem ita commentabamur, antequam prodiret in lucem opus Iosephi Scaligeri, de temporum emendatione, quo errores in temporum rationem admissos, è cyclis Iudaicis, & alijs ad Neomeniarum inuestigationem excogitatis, castigare conatur. Profectò meritam Scaligero gratiam memori mente persoluet omnium sæculorum posteritas,qui opere illo præstantissimo veterum annos, situ vetustatis prorsus obductos, & ab ipsis indigenis ignoratos,ex tenebris in lucem eduxerit. Emendationi verò temporum quàntum cycli sui contulerint, aliorum iudicio statuendum relinquo. Hìc contendit Christum patibulo suffixum fuisse L.Vitellio Nepote, & P. Fabio Prisco Coss.anno Tiberij 20 Exodi 1530.ineunte,primo Olympiadis 203.Vrbis Ro.786. ætatis Christi 35. Aprilis d. 23.Et Phlegontem in ius vocat, qui tetram Solis eclipsim, quæ in passione filij Dei plenilunio, contra naturales orbium cœlestium vices, terrarum orbi tenebras offudit, in annum 4. Olymp. 202. coniecerit. Verùm in eiusdem operis prolegomenis,cyclis suis diffisus, in Iudæorum Europæorum sententiam concedit,qui baptismum in annum 15. passionem in 19. Tiberij conferunt:eorùmque ratiocinia mirificè congruere priscorũ obseruationi, qui die 3. Aprilis Christum passum volunt: & vtram mauis opinionem in medio relinquit.At verò vtraque sententia simul constare non potest. Nam Phlegontis narratione admissa, corruunt cycli Iudaici à Scaligero proditi. A Phlegonte verò discedere, temerarium videri potest. Is enim Adriani Imp. libertus Olympiadum libros 16. fertur conscripsisse, in quibus eclipsim illam admirabilem commemorat,archiuis publicis adnotatam,vt scribit Tertullianus,qui Phlegonti fuit coæuus. Non latuerunt Phlegontem Augusti libertum monimenta publica. Fallax igitur cyclorum regula, quæ Nisan post Aequinoctium vernum perpetuo constituit,nũquam anteuertit.Etenim si tertio Aprilis, D 14ª festum Azymorum edidit, diem Martij 21. nouilunium habuisse,& Nisan inchoasse necesse est. Aequinoctium verò tum temporis incidit in diem 23. Martij,quod mensis Nisan biduo anteuertit.Proinde nobis valdè suspecta est vniuersa illa cyclorum Iudaicorum ratio, à Scaligero prolata, quæ à Rabbinis recentioribus concinnata esse videtur.Veteres Iudæos aliam Neomeniarũ rationẽ inijsse apparet ex Phlegontis historia. Statuamus igitur è scriptis Euangelicis & cœli testimonio,Christum verna temperie editum esse,anno mundi 4021.Iphiti 774. à diebus estiuis, vrb. Ro. 751. Aprilis die 20.in plenilunio Augusto XIII. & Siluano Coss.ablutũ fuisse anno V. C.

781. Tiberij 15. duobus Geminis Cos. Pasum anno ætatis 34. absoluto, Mundi 4055. Iphiti 808. V.C. 785. plenilunio Paschali Aprilis d. 3. feria 6. Addemus Hieronymi calculum in Chronic. qui annum Consulatus Fla. Valentis Aug. VI. & Valentiniani Aug. II facit trecentesimum quinquagesimum primum à Christi baptismo, quod nostro Epilogismo congruit. Illuntur igitur qui baptismum anno Tiberij 16. adscribunt.

Anni ab Alexandri imperio ad Messiam,	329.
A condito mundo ad Triumuiratum,	3980.
Ad Monarchiam Augusti,	3992.
Ad Messiam natum,	4020.

Canon octauus.

Ab Ianuario anni Messiæ natalitij ad exitum anni Epochæ Christianæ 1580. intercedunt 1582.

Demonstratio.

Canonis demonstratio pendet è superiore, qua demonstratum est annum Messiæ natalitium anteire biennio Christianam Epocham, ex qua vulgò ducimus initium annorum Christi. Itaque annus epochæ Christianæ primus, tertius est à vero natali. Et annus Christi 1500. est annus 1502. annus 1580. est 1582. Cœlestes Lunæ agitationes id necessariò comprobant. Ianuarius enim Messiæ anno vnò dieb. 9. diffidet à deliquio ☽ quod mortem Herodis præcessit. Hoc deliquium disiunctum est annis plenis 2577. dieb. 260. ab ea Lunæ obscuratione quam ex vmbra sciotherici pedalis de cœlo seruauimus, anno Christi decurrente 1577. Septemb. d. 26. feria 5. ♃ hora pomerid. 10. 50. adde dies 96. qui ad absoluendum annum requiruntur, habebis annos 1578. Sed à Ianuario Messiæ annos 1579. Ergo annus epochæ Christi 1580. disitus est ab exordio anni Messiæ, annis 1582.

TEMPORVM

TEMPORVM INTERVALLA.

Ab orbe condito ad	Diluuij exitum Anni	1656.
	Linguarum confusionem	1757.
	Abrahami natalem.	2008.
	Abrahami discessum è Chaldæa	2078.
	Isaaci exortum	2108.
	Iacobi descensum in Aegyptum	2298.
	Exitum ex Aegypto	2508.
	Manna sublatum	2548.
	Templi exordium	2987.
	Regni Israëlitici excidium	3285.
	Iosię Iubilæum	3380.
	Templi & Ierosolymæ incendium	3415.
	Babylonem à Cyro captam	3487.
	Messiam natum	4020.
	Christianam epocham	4022.
	Ierosolymæ excidium vltimum	4090.
	Constantinum	4327.
	Olympiadem primam	3246.
	Romam conditam	3270.
	Nabonassarem	3275.
	Cyrum	3463.
	Alexandri imperium	3692.
	Alexandri obitum	3699.
	Cædem Cæsaris	3978.
	Pugnam Actiacam	3991.
	Aegyptum redactam	3992
	Constantinum.	4327.

Finis Libri secundi.

CHRONOLOGICARVM DEMONSTRATIONVM

LIBER TERTIVS.

ANNORVM ſeculorúmque numeros & ordines ab orbe cõdito, non modò percenſuimus, verùm etiã demõſtrauimus, non humanis cõmentis aut cõiecturis, quæ in varias partes perſæpe trahi ſolent, ſed ſyncero diuinæ veritatis verbo, cœliique conſtantia, omnium errorum experte. Atque illa quidem ad inſtituti ſummam ſatis eſſe videre poſſint: Verùm vt hiſtoria temporum explicatior habeatur, & emendatior, imperia maxima quæ veterum ſcriptis celebrata ſunt, planiùs declarabimus, atque docebimus cum ea temporum dimenſione quam tradidimus, optimè conueuire: multáque in his emendabimus, ſacris oraculis & cœli voluminibus confirmata: ex quibus aliorum tempora facilè percipientur. Interim multas diſputationes quę in temporum rationem plerunque incidunt, excutiemus, de initio exitióque mundi, de Iubilæis, Sabbathis, Danielis hebdomadibus, Oſtento Ezechię Aſſuero, Eſthera, & ſimilibus. Tum anni Ciuilis reſtitutione prolata, opus inſtitutum ad exitum perducemus.

Initium mundi Elementa quatuor.

Initium rerum, annis 4020 ab exortu Meſſiæ diſſitum eſſe docuimus, & abhoc anno Chriſti vulgato 1580. diſſidere annis 5602. Mundum autem cuius vſus à Deo hominibus donatus eſt, ſex diebus creatum eſſe, non ex quatuor elementis aut hyle, quapiámue materia, ſed ſolo Dei verbo, ex nihilo; in confeſso eſt omnibus qui fidem adhibent ſcriptis diuinis. Sed hîc video nobis occurrere Philoſophorum ſcholam vniuerſam, aſserentium ex 4. elementis omnia conſtare, terra, aqua, aëre, igne: & piaculum putant iſthæc inficiari. Illos verò rogo, ex quo fonte eruperunt hęc quatuor?

Hyle

Hyle, inquiunt, ista protulit. Sed vnde Hyle? hîc rerum epocha est, quam transilire nefas. Ergo hyle 4. elementorum mater: ex quibus homo, canis, aquila, murena, quercus, silex, adamas. Iam si vel silicem, vel adamantem in terra concretum, 4. elementa componũt; cur non etiam terram ex ijsdem quatuor conflari dicemus? eóque modo elementum ex 4. elementis constabit; quod erit perabsurdum. Philosophorum filijs Mosem opponimus, non solùm in omni scientia Aegyptiorum, hoc est in omni Philosophiæ cognitione, quam Græci Philosophi ab Ægyptijs mutuati sunt, instructissimum, sed à diuina mente etiam edoctum. Ille hominem non ex hyle aut 4. elementis, sed ex puluere terræ formatum esse docet: feras, stirpes ex terra eductas: pisces & volucres ex aquis. In rerum quidem natura, 4. qualitates apparere, humidam, siccam, frigidam, calidam, nemo negauerit: elementa 4. esse nullus hactenus demonstrauit. Fatentur omnes ignem, quo vtimur, elementum non esse. Sed ignem alium quis vnquam vidit aut percepit? Supra æthera conscendit, αὐτὸς ἔφα, illic viget sub cœlo Lunæ, adeo purus vt neque ardeat, neque adurat, adeo tenuis vt aspectum effugiat. Sed ignis propria sunt ardere, vrere, lucere: si his spolietur, iam ignis non est. Ignem alium esse pernegamus, quàm eum quo frigoris rigorem arcemus, & quo edulia coquimus. Opticæ rationes euincunt igneam regionem in æthere esse non posse. Radium lucis, qui natura rectus est, occursu medij prespicui frangi, norunt etiam imperiti, quibus pertica in aquam demissa, recta quidem conspicitur ab oculo ad aquam, fracta verò in aqua apparet. Proinde si ignis supra æthera resideat, necessariò Solem, Lunam, sidera, per plura diaphana intuebimur: certè per aëra & ignem, quem multis partibus aëre rariorem faciunt: & radius Lunæ, vbi ad ignis regionem peruenerit, haud dubiè frangetur, quia ignea sedes densior cœlesti: rursus frangetur, postquàm igne transmisso aërem attigerit: eapropter alieno loco nunquam non apparebit. Sic sidera omnia, nisi verticem teneant, multò quam sint depressiora videbuntur. Nam Solis radius quinquies infringetur, antequam ad oculos perducatur, per Venerem, Mercurium, Lunam, ignem, aërem. Volunt enim erronum cuique suum cœlum aptari: quod quo sublimius est, eo rarius, ex suis decretis constituũt. Ergo fallax prorsus astronomicus calculus, fallacia analẽmata, sciotherica, & quotquot horologiorũ ex altitudine, ex vmbra, ex loco vel Solis, vel Lunę, vel aliorum siderum extruuntur. At verò tabularum astronomicarum veritatem, Lunæ vicissitudines, luminum defectiones, aliáque phęnomena multis iam sæculis comprobarunt, analemmatum ho-

rologiorumque fidem vsus quotidianus & communis experitur. Nulla est igitur radiorum refractio ab astris ad oculos demissorum, sed suis locis, semota inferiorum parallaxi, à nobis conspiciuntur. Vnde consequens est nullum esse ignei elementi supra ęthera locum: nec diuersam esse cœlestem astrorum regionem, ab hac nostra aërea in qua spiramus & viuimus. Quod palam demonstrant Cometæ quos ex aridis terrę halitibus in sublime ferri dictitant. Hi supra Lunam & sidera subuecti, modò in terras dilabuntur, qualis à Iulio Scaligero visus, & memorię proditus est, modò in ipso cœlo extenuantur & contabescunt: vt pręgrandis ille qui anno 1577 nobis per multos dies spectantibus exhaustus est in Pegaso: aliàs supra sidera scandunt & euanescunt: qualis ille qui in Bartholomaïca strage anno 1572. Ro. carnifices ad Dei tribunal euocauit. Horum figuras, locos, agitationes, Astrologiæ peritus perquirit & discernit, quæ nunquam assequeretur, nisi aër & astra in vno eodemque perspicuo essent. Sanè Hebræi, qui linguę suæ originem ab initio rerum repetunt, nullam habent vocem, qua aëra significent, præter cœlum. Hinc in sacris volucres cœli: quod & vulgus agnoscit, cœlum pluit, tonat, fulgurat: fulmen de cœlo missum. Sed audiamus ipsius rerum authoris vocem. Simulacrum, inquit, vllius rei quę extet, aut supra in cœlo, aut infra in terra, aut in aquis sub terra, ne facito. Hîc aëris aut ignis nullum verbum: quidquid supra terram eminet, cœli nomine complectitur. Quod Gręcè ἀὴρ, ἀνθηρ, ἐθανός dicitur, id Hæbręis est liquidum, siue cœlum. Ideo Moses die secundo liquidum aliquid disiunctum fuisse dixit, hoc est aquam ab aqua, liquidum crassum, à liquido tenui. Idem in diluuio scribit apertos fuisse cœli meatus. Terram mare non inundauit, sed aquæ de cœlo manantes in terras effusæ. Ignem profectò non aliunde, quàm ex luce elicimus: est enim lux substantia ab æterna & incomprehensa luce, in vsum hominum creata, antequam Sol luceret. Atque hîc etiam discedimus à Philosophis, qui lucem ad qualitatem referunt, aduersus diuina monimenta. Ignem enimuerò nihil aliud esse, quàm lucem cumulatam & coactam, experientia testatur. Cristalinam sphærulam obijce radijs Solis, hi frangentur in cristallò: & post cristallum, refringentur in aëre, & coibunt in punctum: vbi multiplicata lux & aggregata ignescet: & quod fortasse magis mireris, ex aqua frigidissima vitro sphærico inclusa, & hiëme rigente, Soli exposita, ignem accendes. Sic è speculo ad rationem parabolæ comparato, radij lucis reflexione colliguntur, & adeo coguntur, vt plumbum, æs, ferrum, vi cumulatę lucis liquefiant, vel in cineres conuertantur. Haud secus ex collisione silicis &

licis & ferri coacta luce flamma excitatur, etiam in tenebris nocturnis. Lux enim noctu non interit, nec à nostra regione recedit, dissipata suffocatur à tenebris, & eius munia impediuntur obiectu terræ, vel corporis opaci, propter umbras splendore Solis, qui totus igneus est, cumulatissima luce compactus excitatas. Verum silice & ferro cōpressa, aut aliter coacta, vires suas exerit, & fomento retinetur, & tenebras illustrat. Sed de igne & luce hæc satis sunto. Terram, aquam, aëra, ignem, agnoscimus, & intuemūr, in hisque viuimus: elementa hæc esse confidenter inficiamur: nec vllum aliud rerum creatarum elementum fuisse, quàm verbum Dei, intrepidè profitemur. Epicuro suum relinquimus axioma, Nihil ex nihilo, & illud veterum libenter amplectimur, Εστὶν ὁ Θεὸς καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μὴ ὄντα. τὰ μὲν γὰρ ὄντα ἐφανέρωσε. τὰ δὲ μὴ ὄντα ἔχει ἐν ἑαυτῷ. Statuamus igitur summum opificem Deum, lucem, cœlum, & terram, & quæcūque in eis esse voluit, ex nihilo creasse: creatis rebus suas indidisse qualitates, frigoris, caloris, humoris, siccitatis, & alias: nec magis elementa esse illas qualitates, quàm tria Paracelsi, qui noua Philosophia didicit experimentis chymicis, è quibusque speciebus elici salem, mercurium, sulfur; ex quibus ipse cuncta composita esse voluit: neque tamen elementa illa esse rerum, quis vnquam dixerit. Sed iam tempus est vt ad id vnde discessimus reuertamur, & disquiramus quo anni tempore mundus esse cœperit, æstatè-ne an hyeme, vere vel autumno. Sunt qui verna temperie conditum esse volunt, quod ea pars anni rebus generandis & renouandis maximè accommoda esse videatur: Nec Deus iusserit terram autumno germinare, vt mox instante hyemis rigore germina perirent. Hoc certè anni principium Moses populo suo instituit, perpetuum & solemne liberationis monimentum; quod ea tempestate Deus suos liberasset ab Ægyptia seruitute. Astrorum periti mundi natalē faciunt veris initium, cùm sol Arietem ingreditur, cœlestium signorum ducem. Quibus videtur succinere Virgilius,

Ver illuderat, ver magnus agebat Iupiter.

Alij æstatem præferunt, quia tum annus maximè vigeat, homo verò in integro perfectòque vigore creatus sit. Atque hoc principiū secuti sunt veteres Astrologi, Æsculapius & Anubuis, qui Solem, nascente mundo, Leonis partem dicimam quintam tenuisse crediderunt. At huiusmodi dogmatis aduersabuntur Aethiopes Austrini, alijque populi, qui Polum Antarcticum intuentur. Eadem enim ratione statuent ortum mundi in Solstitio Capricorni; vel in Aquario: quo tempore illis viget æstas: vel etiam in Libra, quam Sol ingressus, illis refert temperiem vernam. Contrà si hyemem collo-

cemus in exordio Mundi, quia tum Sol, ad nos regredi & veluti renasci, nósque nouo calore fouere incipiat, Austrinæ gentes Cancri Solstitium vindicibunt, quod brumam illis constituit. Qui autumnum malunt, ea ratione ducuntur, quòd Deus hominis gratia cœlum terràmque parauerit: ideoque voluerit tellurem homini subministrare fructus maturos, vnde vesceretur: Eàmque fuisse veterum Hebręorum opinionem dictitant, qui ante Mosem annum suum ordiebantur ab autumno. Putamus Mosem Ægyptium, anno Ægyptio vsum fuisse, qualem describit in Diluuij narratione. Verùm cùm Hebræi èx Ægypto discederent, prima meridies Thot concurrebat cum quinta meridie Septembris, anni Iuliani. Itaque tum Autumnus annum inchoabat: Inde creditum Hebręorum annum ante Mosis constitutionem ab autumno cepisse, id quod obiter dictũ sit. Cæterùm qui in mundi origine, anni & aëris temperamentum spectant, illis ante omnia quærendum foret quonam terrarum loco homo primùm collocatus fuerit. Statuamus hortũ voluptatis in Bresilia, quæ ab Æquatore recedit partibus 45. versus Austrum, quantum Lugdunum versus Boream. Si nostri veris initio conditus est mundus, Adamo certè conditus erit ineunte autumno. Nomina Veris, Æstatis, Hyemis, Arietis, Libręę, Cancri, Capricorni, ex hominum Boręalium sunt instituto; quorũ cõsilium Deus minimè spectauit in extruendo mundo. Potiùs opificis summam benignitatem agnoscamus, certo persuasi omnia homini, quoquo terrarum fuerit, valde fuisse bona, summeque accommodata. Proinde nec solis æstus, nec hyemis rigor, nec vlla pars anni, vllaué terrarum regio, nec quid aliud huiusmodi molestum illi esse potuit. Æstus frigoris, inedię labores, ex peccato sunt, non ex mundi origine. Sanè Moses testatum reliquit hominem principio in Eden positum fuisse, vnde literis immutatis India fortasse dicta est, regio temperatissima, feracissima, & populosissima. Deus enim, vt ante secula præsciuit hominis lapsum & ærumnas, ita & ante mundi constitutionem, hominis rationibus prouisum esse voluit, eique cœlum, terram terrenaque alimenta & alia necessaria decreuit. Sed eorũ sententia potiùs cõprobanda esse videtur, qui hominem tum formatum esse censent, cùm terra maturis fructibus vestita & ornata hominem alere posset. Et hominis peccatũ in esu pomi testatur arbores tum, fuisse pomis onustas. homo certè ἐκ τῶν ἄκρεΐδων, quæ sunt tenellæ ramorum sũmitates, potuit victum sibi comparare, non secus atque Ioannes Baptista. Arbores multas fert India perpetuò virentes, odoras, gustui non ingratas, fert radices edules, ex quibus Perunianorum instar panis vel cibus optimus confici

confici potuit. Sed esus pomi arguit arbores adultas & maturas. Quapropter illis assentiri non possumus, qui mundum verna temperie creatum esse contendunt. Indiæ situs minimè nobis ignotus est, vbi collocatum initio fuisse Adamum diximus, ad Acesines oram, quæ ficum illam fornicatam edit, eidem ferè cœli inclinationi subiacens, cui Ægyptus. Illic pomum siue ficus vere non maturuit, sed potiùs per folia peltata solibus æstiuis coctus, vt ait Plinius, saporem prędulcem acquirit. Prętterea quemadmodum hominem Deus non humano semine, sed puluere terræ formauit, ætate & viribus præstantem: Volucres non ex ouo exclusit, sed pennatas & alatas ex aquis eduxit: bestias similiter protulit è terra, iusta magnitudine & robore prędítas. Sic arbores, in iustam altitudinem extulit, frondibus vestitas, ramis diffusas, suis ornatas & onustas fructibus, in quibus inerat semen; vt docet diuinus Moses. Cuius testimonium, omnem illis derogat fidem, qui temporum momenta curiosè scrutantes, asserunt Luminaria in Æquinoctij verni plenilunio primum creata fuisse: quia posuerit Deus in cœlo duo luminaria magna. Luna verò magna non est in interlunio. Hoc sanè arguit Lunam orbe pleno creatam fuisse, vt & cætera quæ nascendo plenitudinē & perfectionem acceperunt. Sed non solùm Æquinoctio, verùm etiam æstate, autumno, hyeme, *Auro tota fulget aurea Phœbe.* Non ignoramus Lunam nunquam non plenam esse lumine Solis: sed Deus in scripturis, hominum sensibus sese accommodat. itaque magnum etiam lumen vocauit Lunam, quia ita appareat, quæ tamen astrorum minima est. Minus etiam audiendi sunt, qui luminaria cōdita fuisse affirmant interlunio verno, & diem definiunt Aprilis 21. anno Messiam præeunte 3948. hoc solo argumento ducti, quia Luminarium coitio cyclis suis & periodis conueniat. Atque inde multis asseuerationibus affirmatè contendunt, nullam esse in hac temporum inuestigatione eruendæ veritatis methodum, cyclica certiorem. Nos verò ad statuendas temporum metas Iudęorum cyclis, periodis, sabbatis, Iubilæis non parum diffidimus. Cæcutiunt Iudæi in ordinibus temporum finiendis. Perfacile est tempora cyclis accommodare, ad plumbeam ædificationis Lesbiæ regulam, annorum dimensione, pro nutu restricta vel laxata. Temporum fundamenta Cyclis firmiora quærimus. Deus hanc suo verbo prærogatiuam largitus est, vt ex eo solo, mundi rerumque principia repetantur. In eo creationis momentum nobis non declarauit; ideoque ab eius inuestigatione libenter abstinemus. Sed annorum summa qui ab initio temporis ad Christum excurrunt semel deprehensa, nempe 4020. princi-

pium anni statuimus,quod cuique genti commodissimum censeatur,veteribus Græcis æstiuũ Solstitium:ver vel autumnũ Hebræis:Romanis,brumam. Itaque nobis,qui anno Romano vtimur, à brumę principio, siue ab Ianuario visum est annorum Iulianorum seriem ordinare, ab vtraque Epocha Mundi & Christi digestam,literisque diuinis confirmatam,quoad Nabonassarem cõsequeremur.Frustra enim alibi quam in historia sacra,temporis notam vel indicem quæras ante Chaldæorum inuenta. Quæ post Nabonassarem sola deinceps sufficiunt ad comprobanda secula insecuta. Sed reuertamur ad initium. Hominis lapsum statim pœna secuta est, dolor in partu, labores, sudores, ærumnę in comparando victu,vitaque tuenda,mors tandem. Non enim multo post frater impius, fratrem pietatis cultorem trucidat.Mox à patre filiorum fit secessio. Deinde sobole multiplicata,religionis discrimen diffidia maxima parit, adeo vt temporibus Enosi, alteri filij Dei, alteri filij hominum vocati sint. Nec dubium est quin inde multa etiam bella excitata sint. Verùm filij Dei cedunt potentioribus. Tandem numinis obliti, filias hominum sibi vxores adsciscunt. vnde pietate spreta, tyrannis & atrocitas, aliaque flagitia per terrarum orbem grassantur.Quibus ira Dei accensa, hominum brutorùmque genus vniuersum aquis obrutum interimit, anno ab orbe condito 1656. á Messia nascituro 2365.

Scytharum Imperium.

Scythismum vocari temporis interuallum, quod inter Cathaclysmum & Præputium ab Abrahamo positum interiacet, author est Epiphanius.quod indicio est Scythas primos iustum Imperium habuisse, Iapeti genus, qui sobolis amplitudinem voto patris nactus est. Itaque cùm ante alios Noæ liberos, in multam gentem excreuissent Scythæ,meritò illis imperium delatum est. Sed horum tempora & gesta in obscuro latent.

Assyriorum tempora & Medorum.

Nembrodi imperium planè tyrannicum fuit, quem primũ post Cataclysmum,Monarchiæ fundatorem fuisse apud Babylonios & Assyrios,antè demonstrauimus. Hic ignotus est historicis, qui Ninum authorem Monarchiæ faciunt. Ctesias imperium Assyriorum metitur annis 1360. ad vsque Sardanapali interitum: Callisthenes 1903. ad Babylonem ab Alexandro captam.

tam. Annis tantùm 7. discrepant. Tempus incidit in annum 30. à dispersione populorum, quæ facta est post linguarum confusionem, in exortu Phaleg. Varro apud Censorinum, tria discrimina temporum esse tradidit, primum terminat Cataclysmo; secundum, Olympiadum instituto, quod Mythicon vocat; Tertium, quod historicum, suo sæculo finit. Primum tempus siue habuit principiũ, inquit, siue semper fuit, cõprehendi non posse putat: Secundum non planè sciri, sed tamen ad mille circiter & sex annos esse credi. De tertio tempore, aliquam fuisse inter authores dissensionem, in sex septémve annis tantũmodo versatam. Varro itaque Christianis Chronologis perspectiùs, interuallum à Diluuio ad Iphiteũ certamẽ percepit, annorũ ferè 1600. literis diuinis valde cõsentiens. Abundant enim tãtùm anni 10. Sic Velleius à Nino ad Carthaginem subactã colligit annos 1995. Superfluunt anni tantùm 20. Veteres itaque etsi literarum sacrarum luce destituti fuerunt, annorum tamen periodos à Diluuio non prorsus ignorarunt. Eusebius è Cæsariensi bibliotheca instructissima, Regum Assyriorum nomina edidit, quæ Chronologiæ suis locis inscripsimus. Ctesias illa neglexit, quia nihil præclari gesserint. Post Sardanapalum, Eusebius Medorum Reges recenset vsque ad Cyrum, ex Herodoto & alijs. Sed eo interuallo videtur non ex annaliũ fide tempora reddidisse, sed ex animi sententia potiùs accommodasse. Profectò nisi Diodorus è Ctesia nobis reliquisset tẽpora Medorum, ingens hîc lacuna hiasset: Eusebius enim cùm Assyriorũ nomina & tempora ex probatis authoribus collecta, Chronologiæ insereret, Abrahami natalẽ ex catalogo Mosis perperam acceptam statuit anno 70. ætatis Tharæ, concurrente cum anno 43. Nini, qui debebatur anno 130. Tharæ, vt superiore libro docuimus. In eo calculo facta est iactura annorum 60. ex quibus postea sarciuit quinque, in eo spatio quod interiacet inter Abrahami vocationem & legem datam in Sinai, annorum 430. Quorum initium duxit ab excessu Tharæ, quod inchoandum fuerat à discessu ex Chaldæa. Itaque restabant Assyriorum anni 55 superflui, quibus tamen locum in Chronologia dare necesse fuit Eusebio. Subductis igitur temporum spatijs, cùm à Nino ad Cyrum collegisset annos 1502. propter errorem in ortu Abrahami admissum, videretque annos 55. deesse in minore summa; operæ pretiũ putauit à maiore summa annos 55. abijcere, vel exinanire, vt historia profana cum sacra coaptaretur. His autem consumendis nullum reperit cõmodiorem locum, quàm in Monarchiæ translatione ab Assyrijs ad Medos. Quapropter è Medorum catalogo sustulit Mandanem, filium Arbacis, qui Pharnaces à Vel-

leio nominatur,& Arbaci subiecit Sosarmum,Mandanis filium. Eoque modo Medorum tempora annis 50 mutilauit, quot regnarat Mandanes. Alia quidem Regum nomina sunt in Eusebio & Herodoto, alia in Ctesia. Sed regum par numerus, & regnorum paria ferè tempora. Verùm Ctesias nomenclaturam Medicam retulit: Eusebius & Hærodotus aliam secuti sunt, vt ex catalogo patet hîc subiecto.

Diodori è Ctesia		*Eusebij.*	
Arbaces Rex annis	28.	Arbaces an.	28.
Mandanes	50.	*.	
Sosomenes	30.	Sosarmus	30.
Articarmis	50.	Medidus	40.
Arbianes	22.	Cardiceas	13.
Aristeus	40.	Deioces	40.
Artines	22.	Phraortes	24.
		Pausanias Aphraortem vocat.	
Astibaras	40.	Cyaxares	32.
A panda	35.	A styages	38.

De appellationum variatione nos anxios esse nihil debere,antea docuimus. Hanc enim efficere solent partim linguarum discrimina,partim variæ & diuersę appellationes, quibus Principes ornari gestiunt. Sardanapalus Gręcis dictus, Tonosconcoleros fuit Assyrijs:huius pater Ascrazapes, Straboni dicitur Anacyndaxares. Sic Apanda est Astyages, authore Diodoro; & Astibaras, Cyaxares. Quantum porrò crucis fixerit Eusebius omnibus Chronologis in ea temporis mutilatione,vix dici potest.Nam dum quisque hos reges instituto suo accommodare studet, alius horum tempora laxat, alius cogit, & resecat: alius filiorum imperia cum patrum imperijs permiscet, alius alias coniecturas promit. Est qui ex Assaradon Phul, Sardanapalum cōponit. Est qui bicipitem Arbacis familiam commentus est, alteram à Sosarmo, alteram à Mandane.Indeq; duos Cyros excitat, Persam & Medum, ex quibus mirabiles & portentosas temporum conciliationes eruit. Vna est & simplex veritatis via. Noster Epilogismus nihil addit, nihil adimit historiæ. A Cyro retroactus, & Medorum & Assyriorum reges suis sedibus statuit, singulis suos annos tribuit, quot sunt in annalibus proditi,eoque modo ad caput Assyriorum perducit, quod historia prophana Nino adscribit, Anno ab exitu Diluuij 250. Similiter è sacris calculus est planissimus. Ab origine rerum ad obitum Tharæ, tempus est sigillatim colluctim

annorum

annorum 2083.hîc Abrahamus exegerat annos 75.post annos 25.Isaacum sustulit centenarius,anno mundi 2109 decurrente. Hinc seruitus annorum, 400. in aliena terra præfinitur Abrahami semini, quæ terminatur in Exodo, anno Mundi ineunte 2508.hinc ad Templũ Salomonicũ anni definiti 480. incurrẽtes in annũ Mundi 2988.Inde ad excidiũ tẽpli anni 428.desinẽtes in 19. Nabuchodonosoris.Cuius annus quint°,Lunę deliquio insignitus est.At cœlo semel apprehẽso,deinceps ad insecutura secula ne diecula quidẽ nos fugere potest.Hîc nulli serpunt scrupuli,conciliatio nulla requiritur. Omnia tum sacra, tũ profana sũma cõsensione conspirant in harmoniam plenissimã. Cęterùm Scriptura nos docet historicis veteribus Assyriorũ Medorũque tẽpora nõ satis perspecta fuisse. Neque enim Asyriorum imperium in Sardanapalo prorsus extinctum est, vt primo libro docuimus. Neque Medorum in Astyage:Nam quod scribit Herodotus de Cyro ab Astyage feris exposito, vanum esse constat ex Xenophonte, qui Cyrum ab Astyage liberaliter educatũ fuisse prodidit.Minimè tamen culpãdus est Herodotus,qui de Cyro scribere se dicit,quę ex aliorum sermonibus acceperat,ἐπεσάμενος περὶ Κύρου καὶ τελευτασίας ἀλλὰς λόγων ὁδοὺς φῆναι.Scribit Xonophon,annales veriores nactus, Cyaxarem Cyri auunculum, Astyagi patri in Medorum Imperio successisse.Ad quem Cyrus iam grandior factus, à patre Cambyse, Persarum Rege missus,Persicas copias adduxit,aduersus Asyrios, Chaldæos,Lydos,quos omnes subegit Cyaxares,solertia virtuteque Cyri.Astyages igitur fatis iam concesserat, antequam Cyrus Persarũ Regno potiretur,vel certè sub idem tempus vita functus est;vt & Cambyses Cyri pater.Astyage vita fũcto,Cyaxares Medis & Persis imperauit,& in omnibus expeditionibus quas aduersus Lydos & Chaldæos suscepit, Medorum Persarũque imperator agnitus est, & à Cyro officiosè obseruatus.Babylone capta cùm Regno Chaldæorum anno vno aut altero potitus esset,excessit è viuis.Tum Medorũ, Chaldæorũ, Asięq; totius imperium, in Cyrum Persarum Regem, Cyaxaris generum recidit. Medorum igitur imperium in Astyage non excidit, sed stetit vsque ad Darij Medi excessum, annis ab Arbace 343. Astyagẽ porrò, consentaneã in Chronologia sedem obtinere testatur Solis illa defectio,à Thalete primum Ionibus prænuntiata, qua sexto anno belli inter Medos & Lydos gesti,dies in noctem versus est.Plinius hanc Eclipsim statuit anno 4. Olymp. 48. V. C. 170. Verùm cœli voluminibus explicatis, duas eclipses comperimus: Vnam anno V. C.171. Mundi 3441.Olym.49. tertio.Astyagis 13.Nabonass. 166. Pachon. d. 9. Ante Christianam metam 582. Septemb.

d. 21 feria 4. ☿ hor. ferè 2. ante merid. Lydis obscuratio fuit dig. 10. Sol corniculatus apparuit. Altera horribilor fuit insequente Martio. d. 16. sub ipsam meridiem, qua Solem tetra caligo prorsus obduxit. Et hanc Herodotum & Thaletem indicasse putamus, quam ad Cyaxarem Astyagis patrem refert Herodotus. Sed Astyages Cyaxares etiam dictus est, dux copiarum patris ætate confecti. Ea de causa Herodotus, cui plenè Medica historia non fuit nota, quæ sunt Astyagis, tribuit Cyaxari patri. In Medorum tempora varij & memorabiles rerum humanarum casus & mutationes incurrunt: Chaldæorum regnum excitatum: Assyriorum deletum: Regni Israëlitici interitus: Iosię Iubilęum: Templi & Ierosolymę excidium: Regni Iudaici vastatio & solitudo: Olympiadum institutio: Romæ fundatio: Ostētum Ezechię Estherę & Mardochęi sors admirabilis. De Assyrüs, Medis, Israëlitis, & Iudeis, iam satis pro instituto disseruimus: de reliquis dicendi locus hîc videtur accommodus.

Olympias. Roma. Romulus.

Ante Persarum Imperium, historia profana tempora neque discernere, neque certo definire potest. Memorat quidem Argonautas, Pelopidas, Heraclidas; Profert bellum Troianum: De Nino, Semiramide, & Assyrijs quędam effundit: nonnulla etiam de Medis, sed crassis tenebris omnia circumfusa & obducta. A Cyro & Darijs lux quędam fulgere tantum incipit. Ideoque temporum Epochę, quæ Cyri ætatem antecedunt, valde incertæ sunt Nimirum euersionis Troiæ, Agonis Olympici, Romæ conditæ. Sunt enim ab historicis ex coniectura positæ, quo haberent vnde seriem temporum deducerent. Hinc in annis vrbis Romæ recensendis & digerendis, magna inter antiquos scriptores orta dissensiò & inconstantia. Animaduertit Sigonius à quinquagesimo vrbis anno, constantem inter eos esse controuersiam, quòd alij alios vno, alij duobus, alij tribus, alij quatuor annis antecedunt, aut subsequuntur, hoc modo.

Liuius	Eutropius	Dion Velleius Valerius	Capitolinæ tabulæ Rufinus Solinus	Cicero Plinius
500.	501.	502.	503.	504.
501.	502.	503.	504.	505.
502.	503.	504.	505.	506.

Annor-

Annorum hæc variatio manifestò arguit Romæ ortum planè incertum esse. Cœlos tamen appellant Romani originis suæ testes. Certè L. Tarrutius Firmanus, vt scribit Plutarchus in Romulo, Varroni & Ciceroni familiaris, Romuli actis inspectis, audacter pronuntiauit, Romulum conceptum fuisse anno secundæ Olympiadis primo, 23. die Choeac hora 3. cum Sol totus deliquium pateretur: natum esse, mensis Thot d. 27. circa Solis ortum. Romam ab eo conditam, 9. die mensis Pharmuthi inter secundam & tertiam horam. Addit Plutarchus, fuisse tum Solis & Lunæ coniunctionem, illiusque defectum, quem Antimachus Teius obseruauerit, anno 3. 6. Olymp. Aiunt pręterea Solem defecisse in excessu Romuli. Quis iam tot testimoniorum consensum improbauerit, præsertim cùm Phoenomena à viris Philosophis & Mathematicis excussa narrationem confirment. Inficiamur nihilominus Romulum vnquam in rerum natura fuisse, vllásue Solis defectiones & in eius conceptu excessuque, & in Romæ conditu abparuisse. Non enim dubitamus, quin omnes hoc nobis facilè concedant, mortalium nullum post protoplastum, in terris extitisse, sine patre, sine matre, sine educatione, & qui vita functus tandem non obierit. Edant Romani authoris sui patrem. Alij Martem Deum dicent, alij spectrum putidum & infandum. Edant matrem: Hic Rheam, Ille Syluiam: Alius Iliam Vestalem pronunciabit. Si quæras nutrices, belluas proferent, Lupam & auem Picum. Quæris quonam mortis genere perierit, vbi sepultus rex iaceat. Respondebunt, raptum fuisse in cœlum, & in Deum Quirinum transformatũ. Vnde hæc Apotheosis cognita? Quia nusquam cõparuit. Quę huius vxor? qui liberi? Vixit cœlæbs, virginum matronarùmque raptor. Ecquis sanæ mentis ista de Romulo figmenta inter aniles fabulas non posuerit? Illud in ambiguo esse non debet, Poetas vaniloquos cùm vrbis nescirent originem, à Roma Romulum confinxisse: vt fere fit vbi in tenebris latent vrbium conditores. Atque vt vrbis ortus mirabilior esset, & conditoris fabula plausibilior, Dei filium fecerunt, Vestali virgine natum, infantem expositum à feris educatum, fratricidam, raptorem, bellatorem, postremò nusquam visum, sed in cœlos sublatum, Deumque factum. Verissimum est hoc Pindaricum μέλος. Καὶ θαῦμα τὰ πολλὰ, κ᾽ φωνὶ καὶ βροτῶν φρένα δεδαιδαλμένοι ψεύδεσσι ποικίλοις ἐξαπατᾶντι μύθοι. Igitur historici minus sagaces commenta illa verè tragica secuti sunt, quia non haberent Imperij Romani principium illustrius. Plutarchus Romuli historiam scenici figmenti similem esse scribit, sed eam à Diocle Peparethio, homine Græco, pri-

mùm scriptam, secutum fuisse Fabium pictorem. Fabulæ verò narrationi fidem facere Romanorum fortunam & potentiam, quam diuinum inititum habuisse par est. Verissimè quidem Plutarchus initium diuinum tribuit Romanis, quod Danielis vaticinio comprobatur à Deo profectum esse, non à fictitij Romuli auspicijs. Sed quî potuit Græcus Diocles, magis quàm Romanus, Romanas origines nosse? Latronum colluuies, quos Deus in totius orbis vltionem & suplicium excitauit, cùm accreuisset parricidio, perfidia, finitimorum direptione & excidio, ad Deos referre voluit originis suæ caput: ideoque mira & portentosa mendacia commenta est, quæ nullam habent veri speciem, sed stuporem credulis tantùm & admirationem pariunt. Mendacia illa secuti sunt Fabius Pictor, & L. Cincius, qui primi ex Romanis, annis ferè quingentis post initia Romæ prodita, res vrbis antiquas Græco sermone mandarunt, temporibus belli Punici, vt author est Halicarnass. Illis enim temporibus barbara Romanorum lingua, historiæ scribendæ minus apta fuit. At post bella externis illata, concinnior cœpit esse Romanus sermo, adeoque mutatus est vt 50. minus annis quàm ictum fuit fœdus inter Pænos & Romanos, verba fœderis vix intelligerentur, authore Polybio. Sed Tarrutij rationes excutiamus; quem aliquando mirati sumus, cur in explicanda Romanorum origine, nominibus mensium Ægyptiorum potiùs quàm Latinorum vsus sit, cùm in latina historia Latinis operam nauaret. Sed cùm Romanus annus à prima illa barbarie ad Cæsarem vsque, ita inordinatus & perturbatus mensserit, vt ipsi Romani anni sui rationem non intelligerent, non potuit Tarrutius anni Romani dies cum anno Æpyptio componere: sed ei nec esse fuit, cœlestes motiones ex Chaldaicis rationibus per annos Ægyptios repetere. Ait igitur Tarrutius, Romulum conceptum fuisse 23. die Chœac, anno primo, 2. Olympiadis. Tarrutius sanè Olympiadicum initium nobis patefacit. Annus enim ab Epocha Christiana retrò numeratus 776. habet 4. diem Martij cõcurrentem cum 10. die Thot: & 24. Iunij cũ 23. Choeac. Quo die hora diei 3. Lumina coierunt: fuerũtq; motus mediæ syzygiæ huiusmodi

☉ ab Apogæo			Anomal. ☽.			Latitudo ☽		
0.	22.	5.	3.	59.	3.	4.	43.	35.

Tempus autem exquisitè sic habet ad meridianum Alexandrinum

Choeac	d.	h.	′.	Iunij	d.	h.	′.	
Med. ♂	23.	9.	2.		24.	9.	2.	
Veræ ♂	22.	23.	20.		23.	23.	20.	Sed ad meridiem

meridiem Romanam ab Alexandrina diffitam hor. 1. $\frac{2}{3}$ sic accommodatur

Choeac	d.	h.	′	Iunij	d.	h.	′
Med. ☌	23.	7.	22.		24.	7.	22.
Ver. ☌	22.	21.	40.		23.	21.	40.
Apparens	22.	20.	37.		23.	20.	37.

Hoc est die Choeac 23. vel Iunij, 24. feria 7. ♄ hora post mediam noctem 8. 37. quę tertiam diei horam ab ortu Solis indicat, vt Tarrutius prodidit. Sol enim tenebat ♊ 26. 20. Ortus est eo die Romæ hora post med. noctem 4. 28. antemerid 7. 32. itaque tertia diei hora ab ortu ☉ cadit in horam 8. $\frac{1}{4}$. Annus est Mundi 3251. Olymp. primæ quartus desinens, à solstitio Græca supputatione: primus verò secundo Olymp. à Ianuario, more Romano. Videmus hîc Tarrutium Romanam consuetudinem amplecti, in Olympiadum designatione: harùmque stationem à nobis constitutam confirmare anno Epocham Christianam antecedente 776. primo ab intercalari in emendatione Cæsaris. Apparet autem calculũ huius syzygiæ non admodum accuratè à Tarrutio initum fuisse. Nam quammis non procul à nodo coierint Lumina, & fuerit Latitudo ☽ borea, scrip. 63. tamen maior fuit ea latitudo, quàm vt à parallaxi cõsumeretur, quæ fuit tantùm scrip. 25. Quare non potuit Luna quidquam è corpore Solis delibare, tantum abest vt totum extinxerit. Sed pergamus ad reliqua Romuli insignia. Natus est, ait Tarrutius, 21. die Thot. Id nõ didicit ab obstetricibus, sed hausit ex aphorismis genethliacis, quibus vel ex loco ☽æ, vel ex locis apheticis, mora fœtus in vtero pręfinitur. Gestauit igitur vterum Ilia Deo prægnans, dieb. 274. peperit Martij die 25. feria 1. ☉ Cuius filius Romulus Romam condidit, 9. die mensis Pharmuthi, anno 3. sextæ Olympiadis, in Lunæ iugo, inter secundam & tertiam horam, Sole deliquium patiente. De Solis deliquio nihil Tarrutuis, id Plutarchus aliunde expiscatus esse videtur. Tarrutiano apotelesmati repugnat vniuersa historia, quæ Romæ iacta fuisse fundamenta asserit Palilibus, vndecimo Cal. Maij, die Aprilis 21. qui tum fuit mensis dies vltimus, ineunte vere. Pharmuthi dies 9. respondet 4. Non. Octob. Si eo mense, instante hieme, Romulus vrbis rerum dominatricis initia fecit, malè cõsuluit Architectonicen. Certè nisi Solis & Lunæ cõcursũ 23. die Choeac, Tarrutius adnotasset, existimari poterat Pharmuthi mensem pro Aprili dixisse, quia cùm horoscopum vrbis meditaretur, Varroni gratificaturus, Pharmuthi conueniebat Aprili. Nundum tamen Aegyptij suos menses accommodarant anno Romano, vt fecerunt postea quam Ægyptus Romanæ

ditionis facta est, ab interitu Antonij & Cleopatrę, anno altero à pugna Actiaca. Itaque mendum putamus ex Plutarcho tollendum esse, & pro Pharmuthi restituendum esse Phaophi, qui Olympiadum initio concurrebat cum Aprili. fuitque 9. dies Phaophi, Aprilis 12. Quo die neque Sol defecit, neque fuit in iugo Luna. Sed die eiusdem mensis Aprilis 8. hora à merid 9. $\frac{1}{4}$ Luna Soli iuncta fuit in ♈. 13. 8. Annus fuit Iphiti 23. à Ianuario. Eo anno versabatur nodus euehens, in dodecatemorio ♊, quod cõiunctionem Luminarium habuit 6. die Iunij, hora post mediam noctem 9. $\frac{1}{4}$: cùm Luna recederet ab Ecliptica versus Austrum grad. 1. 32. nec vllum Soli detrimẽtum adferre posset. Annis præterea insecutis 24. 25. 26. 27. in quibus nodus euehens emensus est ♉. ♈. ♐. & partem ♒, nulla incidit synodus ecliptica quæ conspici potuerit, vt eos oscitanter calculum subduxisse constet qui Solem defecisse prodiderunt in 30. ♈. anno 2. Olympiadis sept. annis duobus Iulianis dieb. 309. ante primum Thot Nabonassaris: Qui dies cadit in 22. April. Anno quidem 2. septimæ Olymp. à diebus æstiuis, tertio verò à bruma synodus incurrit in 29. ♈. Aprilis d. 24. ho. 8. à media nocte, sed sine vlla Solis mutilatione. Et anno superiore Iphiti 25. à bruma atra valde fuit Solis eclipsis Maij d. 7. mane, sed Romæ vix fuit conspicua, cum summum caliginis inciderit in ho. 3. 44. Sol autem in ♉. 87. exortus est ho. 5. $\frac{1}{3}$. Sed Tarrutius, vel quisquis alius calculo subducendo operam omnem diligentiamque posuerit, cœli tamen schematismos Ezechię ostentum antecedentes excitare commodè non potuit, propter ignoratam Solis regressionem, quæ in Ezechiæ ostento Chaldæorum tabulas luxauit & diuulsit: cuius causa cœlestes loci aliò translati sunt, & qui locus in abaco Horoscopum constituit, in medio cœli extitisse necesse est: Locis autem cœlestibus ignoratis, ineffabilia sunt genethliaca fata. Pugnat rursus cum horoscopo Tarrutiano, Manilij decretum, quo Libra statuitur Ascendens nascente Roma.

Hesperiam, inquit, *sua Libra tenet, qua condita Roma,*
Et proprijs frænat pendentem nutibus orbem,
Orbis & imperium retinet: Discrimina rerum
Lancibus & positas gentes tollit que premit que,
Qua genitus cum fratre Remo hanc condidit vrbem.

Si Manilianum horoscopum admittamus, & concedamus historicæ fidei Romam Palilibus, hoc est ineunte vere, fundatam fuisse; necesse est prima vrbis fundamenta iacta fuisse vel in occasu, vel noctu. Libra enim in horoscopo

roſcopo, veris initio Solem occumbentem aſpicit. Hic ſtatuat æquus Iudex quantum fidei tribuendum ſit iſtis Romæ vindicibus, ex diametro ſecum pugnantibus. Iam Romuli exceſſum expendamus, quem conferunt in annum primum 16. Olymp. Nabon. 33. Choeac d. 6. Maij 24. Quo die Solem defeciſſe tradunt ex Ciceronis & Senecę teſtimonio. Atqui nulla toto eo anno Solis defectio in finiente Romano ſpectari potuit. Neque ſynodus incurrit in 24. Maij, aut 6. Choeac, Sed conuenerunt Lumina die Maij 27. h. 2. 11. poſt med noctem, quo tempore Romæ conticinium fuit. Anno certe ſuperiore, Iphiti 61. Romana ſupputatione, ☉, ☽ ☌ in ipſum prope nodum incidit, Choeac d. 19. Iunij 6. feria 3. ♂ ho. 8. 40. poſt M. N. Sed latitudo ☽ Auſtrina ſcript 12. adiuncta parallaxi ſcrip. 35. Lunam reiecit in Auſtrum, ad ſcrip. 47. ideo non potuit Solis aſpectum intercipere. Tarrutius igitur, vel quiſquis ea deliquiorum figmenta in vulgus edidit, Luminum ſynodos defunctoriè ſcrutatus eſt: & Romuli conceptum, obitum, eiuſdemque & vrbis natalem, ex coniectura poſuit, illaque Chaldaicis apoteleſmatis exornauit, vt amicos quibus ſciebat arcana iſta minimè patere, his oblectamentis deliniret. Non pluris conſtitit Tarrutio ſcopum aliquem ſtatuere Romę Romulique natalibus, & apotheoſi, & annis Ægypiorum cœlique flexibus accommodare, quam Ephoro Troię excidium. Hic enim cùm hiſtoriarũ quas 30. libris complexus eſt, principium ſtatuiſſet in Troiana clade, huius tempora diſiunxit ab Olympiade prima annis 405. menſemque & diem quo expugnatum fuerit Ilium anno Attico aptauit. Sed ea concinnatio nihilo certiorem reddit Epocham Troiæ captæ, cum ab ea diſtaret Ephorus annis non minus 780. floruit enim Olymp. 93. Veracior Ephoro Cteſias, qui Perſarum & Aſſyriorum annales euoluit. Is Teutanium, Aſſyriorum regem, ſcribit miſiſse Priamo auxilia poſtulanti. 10000. Suſianos, totidemque Æthiopas, cum ducentis curribus, duce Memnone, Tithoni Perſarum regis, filio. Cui ſubſcribit Euſebius, qui Troiam captam fuiſſe prodidit anno primo Demophoontis, regis Atheniensium, Teutanio Aſſyrijs imperante. Atqui Monarcharum Aſſyriorum ſeries, exceſſum Teutanij ſtatuit anno Mundi 2789. diſſitum ab Iphiti inſtituto, annis plenis 457. vnde palam faciemus in temporibus Gręcorum, Atheniensium idem quod Medorum principes paſſos fuiſſe: & ab illis annos 50. ſubreptos. Dionyſius & Diodorus Iphiti ſacrum diſiungunt à clade Iliaca, annis 408. Redde annos 50. iniquè ſubreptos, peruenies ad annum Teutanij 32. Mundi 2789. Ephori calculus abeſt à vero nõ minus annis 50. Oportet enim Troianum bellũ concurrere

cum regno Teutanij. Sed redeamus ad Romuli Romæque principia, quę veteris historiæ cœlique testimonio carent. Proinde Romam à Romulo fundatam fuisse, atque adeo ipsum Romulũ in rerum natura vnquam extitisse, meritò inficiari possumus. Romam enim multis ante seculis fuisse conditam quàm Romuli nomen fuerit excogitatum aut confictum, scriptores antiquissimi testantur, qui à Dionysio, Plutarcho, Onuphrio, & alijs indicati sunt. Epocham Romanã nihilominus retinemus, eamque statuimus in Ianuario, quem proximo solstitio secutus est sacer agon septimus, comprobatam marmoribus capitolinis, quę doctè & accurratè Sigonius digessit. Vnde principum Romanorum seriem & tempora descripsimus cœli phænomenis maximè congruentia. Olympiadum verò caput sistimus in anno 776. ab Epocha Christiana: Mundi 3247. primo ab intercalari. Ea enim sedes, prętter Tarrutij testimonium, quod suprà edidimus, multis argumentis confirmatur. Nec tamen ignoramus Plutarcho perdifficile visum fuisse, tempora persequi ex Olympicis agonibus, quia victorum Olympiæ descriptionem, inquit, sero Hippias Elius protulerit, nullo subnixus necessario ad fidem argumento. Sed concedamus à scopo Hippiam aberrasse: scopo tamen semel constituto, cætera deinceps, quæ ab Iphiti Epocha manant, ordines temporum rite consequuntur. Itaque Xenophontis temporum accuratam descriptionem libenter amplectimur, qui in libris quos de Græcorum gestis conscripsit, Olympiadas non solùm magistratibus Athenienſium & Lacedæmoniorum designat, sed etiam adiungit cœli phœnomena, quorum ductu rectam viam facilè tuebimur. Olympiadem 93. notat archonte Athenis Euctemone: annum alterum, archonte Antigene: Tertium, Callia, quo Luna defecit: Quartum, archonte Alexio, & clade Athenienſium ad Ægos potamos: Olympiadem verò 94. signat archonte Pythodoro, & Olygarchia, Solisque defectu: Quo anno, inquit, finis bello impositus est, æstate exeunte, post annum 28. & sextum mensem. Luminum obscurationes non solùm Olympiadis primæ caput, sed belli etiam Peloponesiaci terminos certissimos definient. Anno igitur 3. Olymp. 93. archonte Callia, Luna defecit occidua, Octobris die 10. feria 5. ♃ hora 4. 11. à media nocte quæ nonum diem à decimo discriminabat. Annus est Mundi 3617. Epochæ Christianæ retroactę 406. In media oppositione cælestes motus hi fuerũt.

☉ ab	apog.	Anomal. ☽	Latitud.
2. 8.	35.	0. 21. 9.	1. 36. 13.

Solis

Solis lumen densis tenebris obductum fuit in ipso nodo, Septembris die tertio feria 6. ♀ hora 9 ½. a media nocte. Media syzygia hos habuit motus.

☉ ab apog.	Anom. ☽	Latit. ☽
2. 3. 30.	0. 12. 2.	4. 6. 19.

Vera syzygia antecessit mediam horis 14. 35. Latitudo ☽ borea 0. 21. Parallaxis longitud. 25. Latitud. 20. quę Lunę latitudinem apparentem reliquit vnius tantùm scrupuli. Annus fuit Mundi 3619. Iphiti 373. Olympiadis 94. primus: Epochæ Christianę 404. Æstate desinente finis impositus fuit bello Peloponesiaco, posteaquam Lysander Athenarum muros ad tibiarum cantū destruxit. Ergo initium belli incidit in annū Mundi 3591. Iphiti 345. Epochæ Chrsti 432. Thucidides tamen principiūm belli anno vno facit posterius. Itaque videtur Xenophon à deliberationibus de bello susceptis initium facere; Thucidides verò ab incursionibus Lacedæmoniorum in Atticam factis. Nam Thucididis principium conuelli non potest, Solis deliquio insignitum, quod accidit anno mundi 3592. Iphiti 346. Epochæ Christi 431. Augusti die 3. feria 7. ♄ hora 2. pomeridiana. Sol tenuit ♌ 5. 37. Mediæ ☌ hi fuerunt motus.

☉ apog.	Anom. ☽	Latitud.
1 1. 56.	1. 19. 13.	1. 22. 18.

Vera syzygia posterior fuit media horis 5. 40. Latitudo ☽ borea fuit scrip. 24. Parallaxis latitudinis 33. igitur apparens latitudo vnius scrip. arguit Solis lumen prosus extinctum fuisse, hæc cœli signa annis Olympiadum descripta certissimam Iphitei instituti sedem stabiliunt anno Mundi 3247. ab Epocha Christi. 776. Quo anno Solstitium incidit in diem Iunij 26. Nouilunium insecutum Iulij d. 9. h. 2. post mediam noctem quæ diem octauum terminabat. Plenilunium quo sacer agon primum actus est, Iulij d. 23. h. 3. ab initio diei quàm media nox orditur. Illud obiter adnotādum est, Quadriennium Olympiadum concurrere cum bissextili Romanorū quadriennio: sed hoc interest, quod initio quadriēnij Olympici sacer agon celebratur æstiuo solstitio: Bissextus verò intercalatur anno quadriennij postremo, sexto Calendas Martij. Itaque Diodorus non malè scripsit, Quadriennium Olympicum id esse quod Romani Bissextum vocant.

Ostentum Ezechiæ.

Anno regis Ezechiæ 14. cùm Sennacheribus Assyriorum rex, Ierosolymæ extremam perniciem moliretur, Ezechias lethaliter ęgrotauit. Hunc Deus & morbo liberauit, & à manu tyranni vindicauit: ætatiq; Ezechiæ addidit annos 15. & in signum promissæ liberationis, vmbram in Achazi analemmate retraxit per decem gradus. Eoq; ostento stupefactus Babyloniorum Rex Merodachus, legationem ad Ezechiam misit, ea de re percontaturam 4. Reg. 20. 2. Paral. 32. Esai. 38. Tempus morbi disertè exprimitur; Regnauit enim Ezechias annis 29. Aufer quindecim adiectos, habebis 14. Regnabat igitur annum decimum quartum, nec dum Sennacheribus cladem acceperat. Sic enim habet oraculum; Teque & vrbem istam à manu Regis Assyriorum tuebor. Legatio verò quo tempore missa fuerit, quærendum est. Scriptura haud obscurè innuit non multò post Sennacheribi fugam, Merodacum literas & munus Ezechię misisse, quem ægrotasse audiuerat. Sera & intempestiua fuisset gratulatio, post multos annos receptæ salutis. Tamen Merodachum putant omnes esse Mardocempadum, qui ex Chaldæorum monimentis à Ptolemæo relatis, regnum Babyloniorum inijt, anno 27 Nabonassaris, Mundi 3302, Epochæ Christ. 721. quo anno Luna defecit, Thot d. 20. Martij 29. Incidit autem annus 14. Ezechiæ in annum 18. Nabonass. Mundi 3293. Cuius rei demonstrationem sic assequeris. Luna defecit anno 5 Nabopolassaris siue Nabuchodonosoris; Huius anno 19. Nabonassaris 141. Sedecias Iudæorum rex Ierosolyma euersa, Babylonem abductus est, anni ab Ezechię initio ad exitum Sedeciæ subducti, nempe Ezechiæ 29. Manassis 54. Iosiæ 31. Ioacimi 11. Sedeciæ 11. componunt 136. quos aufer ab annis 140. supersunt 4. anni Nabonassaris: adde 14. Ezechiæ, habebis 18. Nabonassaris. Mardocempadus igitur post annos 9. quã Ezechias liberatus est, regni Chaldaici habenas capessit. Eapropter Mardocempadus non potest esse Merodachus, vt hactenus falsò creditum est. Sed alius est Merodachus qui regno Babylonico præerat quo tempore Ezechias ęgrotauit, alius Mardocempadus qui post Merodachum regno potitus est. Merodachum igitur primum regem Chaldæorum agnoscamus, qui Nabonassar à Ptolemæo dicitur. Et hunc certe regni Chaldaici principem & authorem facit Ieremias c. 50. Neque enim dubitandum est quin Chaldęorum reges pluribus nominibus appellarentur. Nabuchodonosor & Nabopolassar & Labinetus vocatus est. Huius pater & Nabuchodonosor & Nabolassar. Proinde Nabonassar

nassar Merodachus Baladan Baladanis filius primus Chaldæorum rex, audita Sennacheribi exercitus prodigiosa strage, qua cæsi sunt ab Angelo noctu 185000. Solisque regressu à Chaldæis rerum cœlestium speculatorib. animaduerso, legatos ad Ezechiam misit, qui & de salute recuperata, & de hoste cæso fugatoque gratularentur, simul & de ostento scisciterentur. Solem porrò per 10. gradus recessisse, interpretantur plerique per 10. horas. Sunt qui vmbram regressam fuisse putant breui momento, Sole nihilominus cursum naturalem tenente, nec diem illum alijs fuisse lõgiorem. Istos refellit historia sacra, quæ & solem retrocessisse, & vmbram per 10. horologij gradus retractam fuisse docet; & ratio ipsa euincit. Si enim momento vmbra cessit in precedentia, nulla diei mora accedente, non potuit ostentum ab vllo percipi, nec vlla Babylonijs causa fuit cur stuperent. Dies igitur naturali fuit longior, & Chaldæis admirationi fuit. Sed longè falluntur qui putant horas decem indicari per 10. gradus, analemmatis structura minus considerata, in quo non plures quàm 12. horæ diei inscribi possunt. Concedamus, quod illi volunt, 10. horas diei tum Solem confecisse, vt duæ tantum restarent horæ diei: Inde contrario motu ad ortum per 10. horas recessisse: postremò ab ortu ad occasum redeundo, diem horarum 12. absoluisse. Summa fiet, horarum 32. diurnæ lucis. At verò Scriptura testatur, eum diem quo Iosua cum Amorrhæis ad Gabaonem conflixit, eiusmodi fuisse, qualis neque antè, neque postea fuit. Sol nempe apud Gabaonem restitit, & Luna ad vallem Aialonem, spatio circiter vnius diei. Tum Sol meridianum conscenderat. Erat enim supra Gabaonem, vbi Iosue cum hostibus præliabatur. Diem igitur medium Sol confecerat horarum 6. Stetit per horas 12. deinde cursu naturali repetito, sex reliquas horas absoluit. Ita dies ille horas lucis habuit 24. superatus nihilominus ab Ezechiæ die prodigioso, horis 8. si vera sunt quæ de 10. gradibus retroactis passim prodiderunt. Toto cœlo profectò aberrant, qui Solem putant per horas 10. retrocessisse. Peccant similiter qui sensim ad ortum Solem remeasse dicunt. Quod vt luculentius explicemus, hic adpingemus speciem analemmatis. Sic enim faciliùs intelligetur hæc tota disputatio. Esto A B C D. analemma parieti adfixum, quod horas 12. diei distinctas habeat. Sol ad occasum descendens vmbram faciat horæ 10. in puncto C. Hic Ezechiæ data est optio, Vis vmbram inquit Propheta, 10. gradibus prouehi: an 10. gradibus regredi? Facile est, inquit Ezechias, vmbram 10. gradibus promouere: Retrocedat potiùs vmbra 10. gradus. Tum Deus vmbram in Achazi solario 10.

gradibus retraxit. Sol igitur 10. diei horas confecerat, si gradus horarum fuerint indices; tantum horę duæ restabant. Sed quomodo Sol potuisset 10. gradus in occasum transuolare, cùm duobus confectis vmbra desijsset,

Sole sub finientem merso? Itaque necesse est solarij gradus ita constituere, vt tũ vmbra quæ iam 10.gradus vel plures confecerat,potuerit alios 10.percurrere,antequam Sol.occumberet.Quod fieri non potest,nisi horarum semissibus descriptis. Neque enim in horologijs horarũ tantum notas inscribere solemus, sed etiam horarum semisses, & quadrãtes aliasue partes. Ea de causa gradus, non horas Propheta effatur.Itaque Sol 10.gradus,exemplicausa,hoc est horas quinq; confecerat,cùm Ezechiæ signum oblatum est. Post quam verò Ezechias vmbræ regressum optauit,Sol statim reuolauit ad ortũ. Ita enim vmbra per 10. gradus,hoc est per 10.horarũ semisses retracta est.Eoque modo dies ille quinq; horis auctior factus est,fuitque horarũ 17. Potuisset Sol ad occasũ prosilire per 10.gradus, si Ezechias id postulasset. Hoc est ab hora quinta ad decimam ,atq; hîc horæ tantùm duæ restitisent ad diem explendum, fuissètque dies breuissimus, horarum tantùm septem. Vnde hæc duo necessario consequuntur, nimirum Analemmati gradus inscriptos fuisse non minus bis decem : & solem momento temporis 10. gradus euolasse. Etenim si Ezechias vmbram progredi petijsset, Sol statim à 10. gradu ad 20. prolapsus esset: hoc est ab hora quinta,ad 10.Nam si motu

naturali

naturali & consueto Sol processisset, quid inde signi vel miraculi elici potuisset? Qua igitur celeritate ad occasum procurrisset, eadem ad ortum exilijsse credendum est. Hic audio viros doctos & abaci Chaldaici non imperitos subdubitare, num solaris regressionis huius quæ facta est in Ezechię ostento, aut stationis in pugna ad Gabaonem, ratio haberi debeat in syderũ cõuersionibus subducẽdis, luminúmq; syzygijs & defectionibus explicãdis, & alijs huiusmodi astronomicis quæ temporum exquisita momenta requirunt. Præterea quærunt, vtrum Sol tantùm, an verò cœlum ipsum totum cũ syderibus ad ortum redierit: & an Sol in eundem locũ vnde processerat restitutus fuerit: nẽpe tenuerit Sol exoriens primam partẽ Arietis, hora decima peruenerit ad partem secundam: vtrum Sol redierit in primam ♈. an potiùs pars secunda, cui Sol inhærebat, cum eo translata sit? Et magis puto secundam ♈. partẽ cum ipso sole totóque adeo cœlo ad ortũ relapsam fuisse: ideoque rationes abaci astronomici fuisse conturbatas, in quibus nihil immutatum fuisset, si in idem loci redijsent: tantùm pars illa quę diei accessit, pro non adiecta haberetur. Quemadmodũ in statione Solis à Iosuë imperata, dies quidem longior factus est, sed nihil quies illa cœli totius, obfuit abaco astronomico. At in Solis regressu per 10. gradus, existimandum est astronomicas leges fuisse disputas & disturbatas. Fingamus Solem cùm retraheretur in ortum, conjunctum cum Luna fuisse, hora diei quinta. Docent leges astronomicæ Lunam rursus cum Sole cõgressuram post dies 29. horas 12. $\frac{3}{4}$. Sed hic te fallet abacus, quem Syzygia anteuertet horis quinque, propter 10. gradus quibus lumina retracta sũt. Eaq; de causa nulla nobis supersunt Chaldęorũ monimẽta de cœli speculationibus ante Mardocẽpadum, quia Chaldæorũ rationes Solis regressio dissipauit. Certè lunares defectiones quæ in annum primum Mardocempadi incurrunt, explicari non potuerunt, sine astronomici calculi peritia, quæ comparari non potuit nisi multis & diuturnis cœlorũ obseruationibus. Permulta igitur cœli phænomena in Chaldæorum scriptis adnotata esse oportet, quæ nunc desiderãtur; quia posteri cũ nequirẽt priores illas inspectionẽs cũ posteriorib' cõponere, propter astrorũ regressionẽ non animaduersam, illas neglexerunt, arbitrati non satis accuratè adnotatas & literis cõmendatas fuisse: ideoq; interierũt. Cùm igitur quicquid de cœlorũ syderũq; sciẽtia ex omniũ sæculorũ memoria nobis reliquũ est, Nabonassaris epochã nõ superet, quę tamẽ vetusta nõ est, sed à Ptolemęo post annos 880. in pręcedẽtia cõstituta est, frustra in cœlorũ reuolutionibus subducẽdis, de Solis regressu aut statione disputatio suscipitur.

Iubilæum Sabbathum.

Medis imperabat Artines, auus Astyagis, Assueri pater, quo anno Iosias Phase celebrauit, quale non fuit à tempore Samuelis. Annus hic ad Iubilæorum & Sabbathorum caput nos adducit. Est enim annus 833. à Manna sublato, & terra exerceri cœpta post ingressum in Chananæam: Iubilęum 17. Sabbathum 119. Chronologorum porrò permulti tempora vel restituere, vel emendare conati sunt, è Sabbathis & Iubilæis. Quæ si vel literis sacris patefacta, vel à Iudæis ex veteri memoria conseruata fuissent, optimè consultum fuisset Chronologiæ. Verùm in vniuersa Scriptura Iubilæi nomem vix reperias, præterquam in lege, qua illud sancitum est. Sabbathi vox aliquot locis repetitur. Sed quibus annis acta sunt Sabbatha, Scriptura non exprimit. Ea verò Iudæi, vt periodos & Cyclos, ad Lesbiam regulam digerunt, & quantum libet producunt versus initia mundi. Sed quæ ab illis de temporum ratione scripta sunt, eos miserabilis inscitiæ arguunt. Quamuis enim Persarum principes, ipsos à Babylonia seruitute in libertatem vindicarint, Templo & Ciuitate donarint, multisque & præclaris beneficijs affecerint, Persarum tamen & regum beneficorum nomina & tempora prorsus ignorant. Iosephus quidem Cyrum, Cambysem, Darium, Xerxem, breuiter perstringit: Sed Xerxem confundit cum Longimano: Mox transuolat ad Cyrum iuniorem, cui subijcit Darium vltimũ. Atque his historiam Esdrę & Nehemiæ permiscet. Cyrum ait Artaxerxem à Græcis vocari, eumque Assuerum facit, qui Estheram duxerit in vxorem. Ecquis tantum inscitiæ non miretur, vel potiùs non exhorreat, in sacerdote omnium Iudęorum doctissimo? Sed quis Rabbinorum Chronologias, Seder Olam Rabba, Seder Olam Zutta, Cabbalam historicam legat absque cachinno? Proinde non sunt Iubilæa Sabbathaue ex istorum delirijs haurienda, quę sine plena temporum notitia percipi & cõtinuari non possunt. Lex Sabbathi sic habet, Leuit. 25. Cùm perueneritis in terram quam vobis do, terra ipsa Domino feriator: Sex annis fundum colito, septimo autem anno terra quietem Deo agito. Legis verò Iubilæi, quod est Sabbathum Sabbathorum summa hæc est. Vbi annorum 7. Sabbatha confeceritis (quibus anni conflantur 49.) tum mensis septimi die decima, quæ propitiatoria erit, annum quinquagesimum in omnibus finibus vestris, edito tubæ clangore consecratote, libertatemque per omnem regionem omnibus incolis edicitote. Sacra iussio digito nobis indicat Sabbathorum & Iubilęorum initium nimirũ in aduentu in

tu in Chananæam: Ait enim, cùm perueneritis in terram. Tum enim terra fuit excolenda manna cessante. Post Mosis excessum anno Mundi 2549. Iosua gubernationem suscepit. Pascha celebrat in Galgalis, die 14. mensis, vespere, deque illius terrę frugibus panes Israëlitæ comederunt: neque manna deinceps habuerunt. Iosu. c. 5. Anno igitur Mundi 2555. ab ingressu in Chananęam septimo, actum est primum Sabbathum eoque anno Iosua terrę diuisionem exorsus est, Anno 2562. Alterum Sabbathum: Tertium anno 2569. atque alia deinceps. Annus Mundi 2597. primus fuit Iubilæus. Annus 2646. secundus. Iubilæus 17. & vltimus ante Ierosolymam subactam, incidit in annum 18. Iosiæ, Mundi 3381. quo Phase solemniter egit Iosias. Verum enimuero nos in temporum reputatione de Iubilæis & Sabbathis ne cogitauimus quidem. Etenim cùm nullam temporis notam haberemus ante excidium Templi, præterquam è sacris, ea tantùm decerpebamus, quę nobis suppeditabat scriptura. Sed cùm animaduertissemus, à Chronologis tanti fieri Sabbatha, vt ex ijs veram annorum seriem & numerum instaurari, aut certè emēdari posse crederent; nos quoque Sabbathorum & Iubilæorum rationem ineundam esse putauimus. Annis itaque ab ingressu in Chananæam, mannaque sublato subductis ad Phase Iosiæ, comperimus temporis interuallum definitè compleri annis 833. ex quibus exeunt Sabbatha 119. Iubilæa 17. maximum profectò supra demonstrationes indubitatas, Chronologiæ nostræ firmamentum. Ad hoc Iosię Iubilęum spectat temporis notatio Ezechiel c. 1. Anno inquit, 30. die 5. quarti mensis, anno quinto exilij Iechonię, habitus est Dei sermo ad Ezechielem. Est enim annus quintus deportationis Iechoniæ, tricesimus Iubilæi. Solebant quondam Iudæi temporū Epochas ducere à Iubilæo proximè præterito. Qui propter deprauatam Chronologiam, Iosię Iubilæum non spectant, concedunt nihilominus in sententiam interpretis Chaldæi, qui locum Ezechielis refert ad tempus quo liber legis repertus est. Est autem repertus anno Iosię 18. quo Iubilæum actum est. Sod libri recuperatio non eò traxit Ezechielem, vt in ea temporis terminum cōstitueret: sed potius vulgato more & suæ genti notissimo tempus designauit. Qui ad Nabolassaris Epocham referunt Ezechielis Chronographiam, palam refelluntur ex interuallo temporis. Regnauit Nabolassar annos 29. autore Beroso. Cui successit filius Nabopolassar, huius anno 5. Luna defecit, Concurrit hîc annus cum quinto Nabuchodonosoris. Vnde necessariò colligimus Nabuchodonosorem esse Nabopolassarem. Annus porrò quintus abductionis Iechoniæ coït cum 13. Nabuchodonoso-

ris. Intersunt igitur anni 42.nedum 30. inter initium Nabolassaris, & quintum abductionis Iechonię.Sed nihil causę fuit cur Ezechiel de Nabolassaris annis cogitaret, cùm Prophetica visio Israëlitis scriberetur, ad quos, vt ipse fatur, non ad populos abstrusi sermonis impeditæque linguæ Propheta mittebatur. Ad Sabbatha pertinet annus Ierosolymæ subactæ. Est enim Sabbathum 124. dissitum abaduentu in Chananæam annis 868. Iubilæus 18.incurrit in tempus captiuitatis,quod minimè celebrari potuit.Cessarunt enim Sabbatha in exilio Babylonico: verùm ipsamet Iudęa regio post vastationem Sabbatha sua peregit ad annos 70. Recte Rabini conijciunt annos 14.hoc est duo sabbatha deesse ad Iubilæum 18.Incidit enim excidium Templi in quintum Sabbathum à Iubilæo 17.Iosiæ.Repetita sunt Sabbatha à Iudæis reducibus anno primo Cyri,72. ab excidio Templi,Mundi 3488. Estque hic annus Epocha Sabbathorum captiuitatis solutionem insecutorum. Destructa est Ierosolyma anno Mundi 3416. die nono quarti mensis, quod tempus æstiuo solstitio congruit: adde annos 70. captiuitatis, incurres in annum 3486. Tum obsessam fuisse Babylonem existimandum est, nec tamen captam ipso momento quod annos 70. terminabat. Capta igitur fuerit in anni insequentis exitu. Ea propter annum primum Cyri tribuimus anno Mundi 3488. Quem nobis indicant anni Sabbatharij. Sabbathum fuisse quo anno Herodes Ierosolymam obsidebat, author est Iosephus Antiq. lib. 14. c. 28. Annus fuit Mundi 3986. Olymp. 185. quartus à bruma Romana, ratione Vrb.Ro. 716. Coss.M. Agrippa Vipsanius & L. Caninius Gallus 37. ab Epocha Christiana. Annis ab Herode ad Cyrum retextis comperiemus annum secundum Darij,qui Cambysi successit, Sabbathariũ fuisse.Quo anno vaticinantibus Haggæo & Zacharia,excitati sunt Zorobabel Iesua totusque populus ad Templum extruendum, cuius instauratio à tempore Cyri fuerat intermissa. Annus quoque Cyri secundus, Mundi scilicet 3489.Sabbatharius fuit:quo anno Tarquinius Superbus Romæ regnũ inijt, V. C. 219. Anno enim superiore, quem Esdras primum Cyri nominat, mensis septimi die secundo, vmbraculorum festum septendiale restitutum est, & die 24. postquam Deum omni laudum genere Leuitæ celebrarunt, fœdus percussum & scriptum est, quo reduces sese iureiurando obstrinxerunt ex lege diuina victuros, Sabbatha seruaturos, & annum septimum remissuros. Esd. c. 2. 3. Nehem c. 8. 9. 10. Itaque Scenopegia celebrata est,anno primo Cyri,mense 7. qui Autumno cõgruit,& anni Sabbathum inchoatum nulla temporis veterum Sabbathorum ratione habita. Excurrit

autem

autem illud Sabbathum in annum ſecundum Cyri, ad Autumnum vſque.Ex his perſpicuum eſt, cur poſteriora Sabbatha prioribus minimè cohæreant, vt operam ludant qui ſabbatha in hiſtoria Ioſephi memorata connectunt cum Sabbathis Templi excidium antegreſſis. Neque ea poſsunt Iudæi perpetuare, vt putant nonnulli, quia ſine temporum perpetua ſerie,Sabbathorum coniunctio & continuatio fieri nequit. Sunt verò Iudæi in temporibus tum Chaldęorum ,tum Perſarum,ſub quibus ſabbathorum ſeries & continuatio luxata eſt, talpa cæciores. Priora Sabbatha hoc modo conſequaris. Ceſsauit manna anno Mundi 2549. hic annus eſt primus primi ſeptenarij. Præceſserunt igitur inſtitutionem Sabbathorum anni Mundi 2548. aufer à dato annorum Mundi numero, annos 2548. Reliquum partire in 7. ſi nihil remanet,annus datus erit Sabbathicusinchoatus ab Autũno præcedẽte.Sin quid excurrit,numerus abũdans proferet annos ſeptenarij currẽtes.Numerus autẽ ex diuiſione factus indicabit quot ſabbatha exierint à manna ſublato.Iechoniæ abductio cadit in annũ mũdi 3406.ablatis 2548.reſtãt 858. quibus in 7. diuiſis, exeunt 122. ſabbatha iam à manna ſublato præterita. Numerus abundans 4. indicat annum quartum ſeptenarij currentis: Quem ſi auferas ab annorum numero dato 3406. habebis annum 3402. ſabbathicum proximè pręteritum.Poſteriora ſabbatha haud ſecus obtinebis.Annus Cyri ſecundus, mundi 3489. fuit ſabbathicus primus à captiuitate ſoluta inchoatus ab Autumno anni 3488. Annus 3503. ſecundus eſt Darij. Aufer 3489. à 3503. reliqui ſunt 14. qui in 7. diuiſi, nihil relinquunt. Eſt ergo ſecundus annus Darij ſabbathicus. Pugnant cum ſacris qui ſabbatha & Iubilæa aliter inſtituunt.

Eſthera.

Aſtyages, quem aduerſus authoritatem Scripturę, Medorum Regum poſtremum faciunt,ad Eſtheræ & Mardochæi tempora diſquirenda nos inuitat. Aſtyagem enim Aſſuerum à Daniele vocari docuimus.Eſtherã porrò connubio iunctam fuiſſe Aſſuero, qui centum & viginti ſeptem prouincijs imperabat, ab India ad Aethiopiam vſque, teſtatur hiſtoria ſacra. Quis autem fuerit hic Aſsureus, quòue tempore regnarit,in ambiguo eſt. Ioſephus narrat Artaxerxem Longimanum Eſtheram duxiſse. Sed Ioſephi inſcitiam nuper notauimus.Alij Darium Hyſtaſpis filium proferunt:nonnulli Darium Medum, qui apud Eſdram Aſsuerus appellatur, & Cyaxares apud Xenophontẽ. Sed Olam rabba, indoctiſſimum Iudaicæ Chronologiæ commen-

tum, Assuerum edit qui Cyro successit. Est qui nuper mirificam exhibuit conciliationem; Darius, inquit foris Rex Xerxes siue Assuerus domi, duxit Estheram in vxorem, ex qua genuit Longimanum. Istorum omnium errores refellit Esdras c.2. Mardochæũ recensens inter primarios Iudæos, qui anno primo Cyri, statim à captiuitate soluta, in Iudæam remigrarunt. Mardochæus igitur agebat Ierosolymæ, regnantibus Dario Medo, Cyro, Cãbyse, Dario altero, & Xerxe, modo vitam huc vsque perduxerit. Nullam porrò Iudæorum abductionem accidisse constat Persarum temporibus. Atqui sic fert historia c. 1. Erat Susis Iudæus quidam nomine Mardochæus, Iairis filius, Semeis filij, Cis filij, Ieminiensis, qui Ierosolymis fuerat deportatus, vna cum ijs quos cùm Iechonia Iudęę Rege trãstulerat Nobuchodonosor. Hęc abductio Templi excidium decẽnio antecedit. Puer igitur fuerat Mardochæus abductus, & annum circiter nonagesimum agebat cùm ex edicto Cyri Ierosolymam redijt. Nec Burgẽsis Iudæi, qui Christum amplexus est, scrupulum tanti facimus, vt nos à veritate abducat. Is relatiuum subiectum nomini Cis, tam ad Cis, quàm ad Mardochæum referri posse tradit. Sed apparet Iudæos etiamdum fuisse captiuos, quo tempore Aman illorum internecionem exagitabat. Esth. capite tertio. Ipsa etiam Esthera in oratione quam ad Deum effundit in Amanis furore, de acerbitate seruitutis conqueritur, & ad incircuncisi concubitum necessitate cogi, à quo semper abhorruerit. Præterea ex eadem oratione liquet ipsam cum Mardochæo fuisse translatã. Se enim à teneris annis in tribu patria audiuisse fatetur, Israëlem à Deo in æternam possessionẽ adscitum esse; & ab eo tempore quo deportata fuit, semper in mœrore fuisse. Nuptias igitur Estheræ captiuitatis solutio secuta est. Proinde non potuit nubere Dario Medo, multominus Xerxi, aut Artaxerxi, aliísve Persarum regibus, sub quibus liberi fuerunt Iudæi. Et cùm Babylon expugnaretur, annum agebat Esthera supra octuagesimũ. Quæ tamen in ætatis vigore & formæ præstantia, ducta est ad Assuerum. Non igitur nobis alius Assuerus quærendus est, quam is ipse qui à Daniele nominatur, Darij Medi pater, Astyages à Græcis appellatus: à Medis Apanda. Cuius pater Astibaras, qui & Cyaxares dictus est, Medis & Persis imperauit annos quadraginta: Ninam Assyriorum Regiam (ea est Niniue) expugnauit, euertit: Assyrios subegit: cum Halyatte Lydorum Rege quinquennale bellum gessit: Pax deinde constituta est, authoribus conuentionum Siennensi, Cilice, & Labineto Babylonio, qui alius esse non potest, quàm Nabuchodonosor: Cyaxaris enim & Nabuchodonosoris tem-

pora

pora concurrunt. Hi pacis arbitri, quo pax stabilior fieret, decreuerunt ab Halyatte Halyattis filiam Astyagi nuptui dandam. Ea fortasse est Vasthi, propter cuius repudium, fax belli rursus accensa est inter Lydos & Medos, vt pax illa minimè diuturna fuerit. Constat autem ex historia Tobiæ cap. vlt. Niniuem deletam fuisse ab Assuero & Nabuchodosore. Scaliger doctus, & linguarum peritia perpolitus, docuit Cyaxarem linguæ proprietate Assuerum significare. Vnde manifestò liquet Herodotum & Tobiam in excidio Niniues consentire: Et Assuerum Tobiæ, Cyaxarem esse Herodoti. Atq; hinc conjici potest Astyagem ætate patris ingrauescente (erat enim senio confectus, authore Diodoro) copiarum paternarum ducem cõstitutum fuisse, regnique administrationi præfuisse, & cum Nabuchodonosore affine, qui jam ab Assyrio defecerat, viribus conjunctis in Assyrios irruisse, eósq; Nina diruta, in suam potestatem redegisse. Confectis bellis, prouincias quę ad ortum spectabant, Astyagi cessisse: occiduas Nabuchodonosori. Hic enim dicitur ad Gades vsque, imperium protulisse; gentes Lybicas domuisse; & ad pontum Euxinum expeditionem fecisse, & colonias deduxisse: Aduersus Orientales nihil mouisse proditum est. Patta igitur pace, Astyages Cyaxaris hæres, qui viuo etiam patre & nomen Cyaxaris siue Assueri, & regnum jam adeptus fuerat, cùm in otio degeret maximum illud conuiuium semestre celebrauit, cum principibus amicis, cui Vasthi interesse recusauit. Vnde mox repudium insecutum Estheræ nuptijs locum fecit, anno regni 7. qui annus non ab excessu patris Cyaxaris numerandus esse videtur: sed ab eo tempore quo pater bellis & senio fractus, eum regem instituit: vt Xerxes patre Dario superstite, & Longimanus viuo Xerxe, imperium administarunt. Nihil igitur mirum quòd Assuerus, qui & Artaxerxes dicitur, centum viginti septem prouincias ab India ad Æthiopiam vsque tenuisse dicatur: quippe cui Medi, Persæ, Assyrij, Bactriani, alijque Orientales Indiam spectantes, atque etiam Æthiopes parebant. Cui etiam Babylonij amicitia & necessitudine jungebantur, vt ex Herodoto & Berosso apud Iosephũ colligitur. Erat enim Medica Nabuchodonosoris vxor, cui hortos ille pensiles Babylone extruxit, qui Mediæ montana referrẽt, in quibus prospectu perflato liberiùs vteretur. Astyage defuncto, illæ 127. prouinciæ Dario, qui Cyaxares, hoc est Assuerus etiam appellatur à Xenophonte, obuenerunt ex hæreditate paterna. Quibus Darius totidem Satrapas constituit, atque his Danielem Triumuirum præfecit. Prouinciarum quidem 120. tantùm meminit Daniel, sed numerum denario compleuit, quia non instituerat

prouincias dinumerare, sed honorem tantùm prefecturæ indicare, cuius causa in maximum vitæ discrimen conjectus est ab aduersarijs. Sed in Esdrę apocrypho lib. 3. c. 3. prouinciæ 127. quot & in Esthera memorantur. Tres igitur Asueros inuenimus; Astibaram, quem Herodotus Cyaxarem vocat, Tobias Asuerum: Astyagem, qui Asuerus à Daniele nominatur, & in historia Estheræ Assuerus & Artaxerxes: & huius filium Darium, à Xenophonte Cyaxarem appellatum, ab Esdra Assuerum. Primus Ninam euertit: secundus Estheram duxit: tertius Baltassarem interfecit, & Danielem objecit leonibus. Nominum similitudo Herodotum decepit, qui in bellorum narratione quæ inter Medos & Lydos gesta sunt, quæ sunt Astyagis, tribuit Cyaxari patri; quod testatur Solis defectio supra explicata, quam scribit Herodotus sub Cyaxare accidisse. Veriùs Plinius in Astyagem confert. Cœlestis enim ratio statuit in anno Olym. 49. qui fuit annus Astyagis 13. Astyages proculdubio est Assuerus, qui anno regni tertio suis proceribus conuiuium semestre fecit, cui interfuerunt Persarum & Medorum potentissimi quique. Anno regni 7. ad eum ducta est Esthera. Anno 17. Iudæa gens, Estheræ beneficio, ab Amanis laqueis erepta est. Qui Xerxem Assuerum faciunt; Amestrim vxorem Xerxis, Estheram, quæ Hadassa antea dicebatur, etymologias vrgent. Xerxes, inquiunt, est Oxyares, Assuerus: Esthera, Amestris. Etymon nō impugnamus: sed pernegamus Xerxem fuisse Assuerum, qui Estheram duxerit: pernegamus Estheram fuisse Amestrim, Xerxis conjugem. Semestre conuiuium quod anno regni tertio magnificum & splendidum instituit Assuerus longè differt à bellicis tumultibus. Xerxes anno regni primo & secundo, Ægyptum recuperauit, quæ à patre defecerat. Inde quadriennium ferè consumit in apparatu belli aduersus Græcos. Hæc valde pugnant cum Assueri otio & quiete. Rursus Assuerus anno 7. Estheram duxit in conjugem. Xerxes anno regni sexto ex Cappadocia mouens cum exercitu pedestri, ad Pythiā diuertit, & per Colossas itinere facto, venit Sardeis; vbi per hyemem cōmoratur. Anno regni 7. verno tempore cùm Athon montem perfodi curasset, mouet Sardibus, Hellespontum trajicit, pugnat ad Thermopylas, & Atticā inuadit, immissis in Græciam hominum plus tricies centum millibus. Classe postmodum ad Salaminem profligata, fugit sub tempus sementis, & Sardes repetit, vbi tempus conterit nuptiis & fœdis amoribus. Anno regni octauo accepta suorum clade ad Platæas & Mycalen, in Persidem properat. Tempus nos fugere non potest insignitum sacro certamine, in quod conflictus incidit ad Thermopylas. Nisi enim tempus agonis tum incidisset, multò

plu-

plures Spartani adfuiſſent Leonidæ,vt innuit Herodotus.Attica Sardes longo locorum interuallo diſſident Suſis,vbi lautè & lætè conuiuabatur Aſſuerus.Tanti verò exercitus ſollicitudo, montis perfoſſio,trajectus maris, clades calamitoſa,fuga turpis,quot paraſangis abſunt ab Aſſueri quiete? Eſtheræ porrò pietas & ſanctimonia illuſtris eſt in ſcriptis Propheticis. Qualis autem fuerit Ameſtris,indicat Herodotus.Otanis filia fuit,zelotypia furens, Maſiſtæ leuiri vxorem excarnificauit,mammillas pręſectas canibus objecit, præcidit nares,labra,linguam. Eadem,vt & Amytis filia, nefarias libidines exercuiſſe traditur. Ætate jam prouecta, fertur bis ſeptem Perſarum illuſtrium liberos, viuos defodiſſe, ad referendam pro ſe gratiam Deo, quem ſub terra eſſe credidit. Hunc igitur Aſſuerum Xerxem, hanc Eſtheram Ameſtrim,ſuis autoribus relinquamus.Nobis eſto Aſſuerus,Cyaxares Apanda Aſtyages Artaxerxes, filius Aſtibaræ Cyaxaris Aſſueri, auus maternus Cyri;pater Darij Medi Cyaxaris Aſſueri. Eſthera nobis eſto,non Otanis filia,ſed quæ cum Iechonia,captiua Ieroſolymis Suſas tranſlata eſt,vt & Mardochæus, impubes vterque cùm abduceretur, decennio ſexcennióve minor.

Tempora Chaldæorum.

Nabonaſſaris Epocha cœlo à Chaldæis conſecrata,demonſtrat initium regni Chaldaïci,quod tamen Aſſyrio paruiſſe primo libro docuimus. Quia verò tum temporis imperabat Salmanaſſar, hunc vnum eundemque eſſe cũ Nabonaſſare hactenus creditum eſt. Sed nuper docuit Scaliger, multiplici linguarum cognitione beatus, Salmanaſsar vocem eſse Aſsyriam, Nabonaſsar Chaldaïcam.In ſacris Nabonaſsar appellatur Merodachus Baladan Baladanis filius, vt in Oſtento Ezechiæ docuimus: vel Merodachus Nabonaſsari ſucceſſit, ſecundus Rex Chaldæorum. Paruit igitur Salmanaſsari Nabonaſsar,ſed qui ſecuti ſunt Chaldæorum Reges,Aſſyriorum jugum ſenſim excuſserunt:& vnà cum Medis Niniuen & Aſſyriorum imperium euerterunt, authoribus Tobia & Herodoto. Nabonaſsaris anno primo, Thot ineunte,meridie prima,Sol tenuit ♐ 3.8. Luna ♉ 11. 22. Annus eſt mundi 3276.antecedens epocham Chriſtianam annis 747.demptis diebus 57.cõcurrit cum anno 30.Iphiti.Secundo Olympiadis octauæ à bruma. Anno Nabonaſsaris 27. qui primus fuit Mardocempadi Thot die 24. Martij 19. feria 3.♂.hora pomerid.8.78.Luna defecit, digitis 18.☉ in ♐ 24. 30.aberat ab æquinoctio verno grad.5.30.quos confecit diebus 5.hor.16.Itaque Sol

incurrit in sectionem vernam, 25. die Martii. Annus fuit mundi 3302. Iphiti 56. à bruma. Nabonassaris anno quinto, Ezechias Iudææ regnum iniit: anno decimo Salmanassar Israëliticum regnum deleuit. Anno 127. Athyr die 27. Aprilis 22. ho. 16. 47. Luna defecit quadrante. ☉. ♈. 26. 54. Annus fuit quintus Nabopolassaris seu Nabuchodonosoris, qui anno ab hac Lunæ mutilatione 15. regni sui 19. Ierosolymã excidit. Epocha Nabonassaris nos in posterum ne latum quidem vnguem à vero temporis cursu recedere patietur. Regum nomina & tempora primo libro suis locis apposuimus. Stetit Regnum annis 210. interijt in Baltassare, à Medis & Persis interfecto, anno excidij Templi 72. Iphiti 241. Mundi 3487.

Tempora Persarum.

Persarum imperium Cyrus nobilitauit, Cambysis filius, Astyagis nepos, quod adeptus est patre vita functo, Olympiade 55. ab Astyage auo materno liberaliter educatus, & in equestri disciplina institutus. Cùm autem Cyaxares, cui Medorum regnum ex hæreditate patris obuenerat, ab Assyriis, Lydis, & populis finitimis bello impeteretur; ad eum missus est à patre Cambyse Cyrus, cum auxiliaribus copijs, annos natus circiter 25. In ea militia tum multitudine, tum magnitudine rerum præclarè fortiterque gestarum, tantus breui tempore enituit, vt à Medis & Persis pro Imperatore obseruaretur. Is tamen Cyaxarem auunculum Imperatorem semper agnouit, & ei primas tum à se, tum à militibus deferri voluit. Babylone capta, cùm Cyaxares biennio ferè regno Chaldæorum potitus extremum diem clausisset, Cyrus Cyaxaris gener, & Medorum & Chaldęorum, totiusque Asiæ imperium Persico adjunxit. Anno regni Persici 24. quo Babylon capta est, Iudæos Nobuchodonosorea seruitute liberauit, eisque in sedes suas redeundi & Templum instaurandi fecit potestatem, 1. Esdr. 1. Ab ea liberatione sacra Scriptura numerat annos Cyri, non ab eo tempore quo regnum Persicum adeptus est, quod administrauit annos 30. Ei successit filius Cambyses, ab Esdra vocatus Artaxerxes. Sed patre etiamdum superstite, bellis implicito, & Dario Medo vita functo, regni habenas tenuit, & Iudæos ædificatione Templi interdixit. Ideoque non potuit opus extrui toto tempore Cyri, intermissumque jacuit vsque ad annum secundum regni Darij, 1. Esdr. cap. 4. Anno septimo Cambysis, Nabonass. 225. Phamenot. die 17. Iulii 17. Luna defecit semisse. ☉ ♋. 18. 12. Annus fuit mundi 3500. Regnauit ab excess-

excesu patris annos 7.menses 5.Anni reliquum Smerdis occupauit. Quo sublato, Darius Achæmenida Hystaspis filius, equi hinnitu regnum sortitus est. Cuius anno vigesimo, Mundi 3521.Nabonas.246.Epephi d.29.Nouemb.21.hor.6.26. Luna defecit quadrante. Rursus defecit semisse, anno Darij 31.Mundi 3532. Tybi d.3.Aprilis 26.ho.o.36.ante mediam noctem. Quo anno pugnauit Darius infeliciter aduersus Græcos ad Marathonem. Anno regni secundo, edicto Cyri reperto, imperat instaurationem Templi, quod absolutum est anno regni sexto, & in eo Pascha celebratum à reducibus, die 14.primi mensis.1.Esd.ca.6. Post Darium cùm regnasset annos 36. Xerxes imperium suscipit. Hic exercitum hominum 3000000.in Græciam adduxit, trajecto Hellesponto, & Atho monte perfosso. Trajectum Xerxis Chronographorum permulti Solis deliquio nobilitare conantur, Herodotum laudantes, qui sic scripserit: ὁ ἥλιος ἐκλίπων τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδρην, ἀφανὴς ἦν, ἀντὶ ἡμέρης νὺξ ἐγένετο. Asseruntque Solem defecisse die Aprilis 19.hor.1 $\frac{1}{2}$. pomerid.anno 3.Olymp.74.Nabon.267.Choiac d.30. Verùm Solis & Lunæ subductis agitationibus, comperimus calculum astronomicum nullam eo anno in Sardium Horizonte Solis defectionem proferre. Sanè Choiac mensis dies 30. syzygiam apparentem exhibuit matutinam, in ipso exortu Solis, cùm Luna ab Ecliptica recederet ad Boream scrip.15.Sed ea scripula consumpta sunt à Parallaxi, quæ in finiente maxima esse solet. Tum enim habuit scrip.44.in latitudine, à quibus ablata latitudo ☽, reliquit latitudinẽ apparentem scrip.29.austrinam ęqualem ferè duabus luminum semidiametris. Quare vix potuit Solis lumen mutilari parte duodecima. Sed nec eo anno Xerxes mouit Sardibus, sed anno proximo Nabo. 268.in quem incidit Olympicus agon 75: Quo anno Sol tempore verno nullum detrimentũ à Luna ferre potuit. Quare ita Herodotus accipiendus est, vt ostentum indicare voluerit, non Solis Eclipsin, nisi si Græcorum commentum fuisse dicamus, quo Barbarorum in Græciam aduentum memorabiliorem redderent. Apparet autem ex Herodoti narratione, Xerxem quo anno Sardibus mouit, eodem cum Græcis infeliciter pugnasse & fugisse. Sardes Abydo dissitę sunt leucis Gallicis paulo plus 100. quas minus bimestri spatio potuit exercitus minimo labore conficere. Sardibus excesserit Xerxes initio veris, siue exeunte Martio. Abydum medio Maio appulerit, Hellespontum trajecerit, copias recensuerit. A trajectu Hellesponti, quo iter ingredi Barbari cœperunt, vnum mensem triuere, transeundo in Europam; tres alios, dum in Atticam peruenere. Pugnatum est ad Thermopylas plenilunio Iulij, quod

dies 21.eo anno dedit. Medio Septembri classis Persica profligata est. Post quam aufugit Xerxes sub tempus sementis,& Sardes repetit. Tum Peloponenses murum in Isthmo extruebant.Nam ij audito Leonidæ casu, celerrimè ex omnibus vrbibus cōcursu facto, Isthmum intercludere aggressi sunt, quo Persas aditu prohiberent. Hic Lacedæmonij Cleombrotum Leonidæ fratrem copiis suis prefecerunt. Qui inter sacrificandum aduersus Persam, Solis defectione adeo territus est, vt copias quæ murum in Isthmo extruebant,domum reduxerit, & paucis post diebus excesserit. Hoc Solis deliquium cadit in annum Nabon.268.Paum d.17.Octob.2.ho.1.16. post meri. Annus est 478.ab Epocha Christiana. Sol tenuit ♎ 4.44.defecit besse. Iam de tempore Xerxis quo Græciā ingressus est, ambigi non potest, aduersus illa duo cœli terręque testimonia,Olympiadis 75.& Solaris obscurationis. Annus est ab initio rerum 3543. Anno proximo Persarum reliquiæ deletæ sunt & fugatæ: Xerxes in Persidem se recipit, vbi contemptus à suis, opprimitur ab Artabano, cùm regnasset annos 21. Post quem Artaxerxes Longimanus Imperator optimus, regnat annos 40.Sed ante patris obitum iam rex institutus fuerat, vt ex Thucydide antea docuimus. Obijt anno 7. belli Peloponesiaci, quod cœptum est anno regni ab excesu patris 35. Mundi 3592.Nabonas.317.quo anno Sol tetra caligine obductus, stellarum splēdori cessit.Augusti d.3.sub horam 1.pomeridianam, vt supra explicatum est.

Xerxes alter, Artaxerxe vita functo, regnauit dieb. 45. Sogdianus,mensibus 7.

Darius nothus annis 19.huius anno 12'. Mundi 3610. Iphiti 364. Classis Attica ad Syracusas deleta est, Nicia & Demosthene ducibus interfectis. Niciæ mentem & consilium euerterat superstitiosus deliquii ☽ metus,quod contigit anno ante Christianam epocham 413. Augusti die 27. h. pomerid. 7.14. Summum caliginis hor.9.defecerunt digiti 12 $\frac{1}{2}$. Thucydid. Plutarch. Diod.Artaxerxes Memor post Nothum imperium capessit.Aduersus quem Cyrus frater mouit, anno regni 5.Iphiti 376. Mundi 3622. Ἀνάβασις Cyri descripta est à Xenophonte: Regnauit Memor annis 43.

Sequitur Ochus qui regiam suorum sanguine repleuit, ann.23. Deinde Arses annis 3.32.

Postremò Darius Codomannus Persarum regum vltimus,ab Alexandro in Arbelide superatus, Calend.Octob.fer.6. ♀ anno mundi 3692. post 11. dies quàm Luna defecerat digit.14.Septemb.nocte 20.hor.ante mediam noctem 3.16.Obscurationis initium hora post meri.7.10.paulo post occasum

Solis,

Solis, qui eo die in Oceanum mersus est hor. 6.8. Babylone. In Sicilia verò summa caligo incidit in hor. 6.25. exoriente Luna, quod & Plinius prodidit. Persarum regnum stetit ab obitu Cyaxaris, qui post Baltassarē regno Chaldæorum potitus est, annis 204. Sed ab initio Cyri profana historia Persarū principium statuit. Vnde ad regni exitum numerat annos 229. quot ferè stetit regnum Babylonium.

Persarum Stemmata.

Astibaras Ctesiæ, Cyaxares Herodoto, Assuerus Tobiæ, Medorum Rex, annis 40. cum Nabuchodonosore Niniuem excidit.

Halyattes Rex Lydorum annis 57

Apanda Ctesiæ, Astyages Herodoto, Assuerus Danieli, Medorum Rex ann. 35. huius vxor fuit — Ariena. Crœsus victus & captus à Cyro.

Nuptialium conuentionum autor Labynetus Babylonius, qui est Nabuchodonosor.

Cyaxares Xenophonti, Darius Danieli, Assuerus Esdræ, Astyagis filius. — Mandane, nupta Cambysi. — Amitis vxor Spitamæ, deinde Cyri

Cyrus Rex Persarum ann. 30.

Vxores Cyri:
- Cassandane obijt viuo Cyro.
- Amytis, Astyagis filia, quæ prius nupserat Spitamę, quem Cyrus interfecit.
- Filia Cyaxaris.

Cyri liberi:
- Cambyses, Esdræ Artaxerxes, regnauit ann. 7. m. 5. Eo vita functo Sphendadates, qui & Smerdis, magus, regnum occupat mensibus septem.
- Smerdis vel Tanyoxerxes, occisus jussu Cambysis: in cuius locum suffectus est ei simillimus Sphendadates.
- Atossa soror & vxor Cambysis. Deinde Magi Sphēdadatis, postea Darij Regis.
- Alia innominata, soror & vxor Cambysis, ab eo interfecta.
- Artystona quam Darius virginem duxit regnum adeptus.

Cambyses patri Cyro successit. Nullos reliquit liberos.

Achæmenes, Cambyses, Cyrus, Theispes, Ariaramnes, Arsames, Hystaspes, — Achæmenidarum familia.

- Artabanus.
- Artaphernes. Sardium præfectus.
- Atarnes. — Phrataguna nupta Dario.
- Darius Rex annis 36. — Vxores Darij.
  - Mandane Gobrię f.
  - Atossa Cyri f.
  - Artystona Cyri f.
  - Phrataguna Atarnis f.
  - Parmys Smerdis f. Cyri neptis.
  - Phędyma filia Otanis quæ Smerdim magũ prodidit.
- * Mãdane nupta Gobriæ.
  - * Alia nupta Megabyzo.

Darii liberi.

- Ex Madane
  - Artobarzanes
  - Ariabignes
  - Arsamenes, Vitiorum Dux.
- Ex Atossa
  - Xerxes Rex
  - Achæmenes, dux Ægypti
  - Masistes. Occisus jussu Xerxis. habuit filias
    - Artayntam, Xerxis amasiam.
    - Alteram nuptam Dario Xerxis filio.
  - Hystaspes Bactriorum & Sacarum pręfectus.
- Ex Phrataguna
  - Abrocomes.
  - Hyperantes.
- Ex Artystona
  - Gobryas, dux Maryãdinorum, Lybium, & Syrorũ
  - Arsames, Arabum & Æthiopum dux.
- Incerta matre
  - Harmamitres, Præfectus equitum.
  - Titheus, Præfectus equitum.
  - Artosestre, nupta Mardonio.
  - Sandauca, vel Mandane, nupta Autarcto.

Sandaucæ tres filij Baccho immolati sunt à Themistocle apud Salaminem.

Xerxes

XERXES Darij filius Rex annis 21.

Vxor Ameſtris, filia Otanis Herodoto: vel Onophæ, Cteſię. Biſſeptem Perſarum illuſtrium liberos defodit viuos, ad referendam Deo gratiam, qui ſub terra eſſe fertur. Zelotypia furens, Maſiſtæ leuiri vxorem, Artayntæ matrem, excarnificauit: præſectas mammillas canibus objecit: pręcidit nares, labra, linguam.

XERXIS liberi
- Achæmenes Herodoto, Achæmenides Cteſiæ, Præfectus Ægypti, ab Inaro Lydio interfectus Ægyptijs opem ferente.
- Darius accuſatus paternæ cædis, capite plectitur, dolo Artabani.
- Hyſtaſpes.
- Tithraciſtes pręfectus claſſi aduerſus Cimonem.
- Artarius, Satrapa Babyloniorum.
- ARTOXERXES Longimanus Rex.
- Paryſatis vxor Ochi, qui & Nothus; poſtea Darius dictus eſt.
- Amytis nupta Megabyzo.
- Rhodogune.

ARTOXERXES Xerxis filius, Μάκροχιρ, Rex ann. 40. vxor Damaſpia. Concubinæ, Coſmartidene, Alogune, Andia, Babyloniæ.

ARTOXERXIS liberi
- Xerxes ſolus legitimus ex Damaſpia, patri ſucceſſit diebus 45. Occiſus à Secundiano.
- Secundianus ex Alogune, fratri Xerxi interempto ſucceſſit ſex menſibus, Ochi perfidia in cineres coniectus.
- Arſites ex Coſmartidene, coniectus in cineres, dolo Paryſatidis.
- Ochus ex Coſmartidene, poſtea Darius Nothus. ad huius præfectum Tyſſaphernem profugit Alcibiades.
- Bagapæus, ex Andia.
- Paryſatis, ex Andia.

OCHVS, DARIVS NOTHVS. Longimani f. Rex ann. 19. vxorem habuit Paryſatin, amitam, Xerxis filiam.

Liberi Ochi.

Arſaces vel Arſaca, poſt, Artoxerxes. Cyrus, Artoſtes, Oxandras, Oxathres.

ARTOXERXES Mnemon Rex annis 43.

Natus ante regnum patris vxorem habuit Statiram veneno extinctam, dolo Paryſatidis: Pellices 360. quarum Aſpaſia, priùs fratri Cyro chariſſima

ARTOXERXIS liberi:

- Darius, Rex declaratus à patre, annos natus 50. Propter Aspasiam, aduersus patrem conspirauit cum fratribus 50. quos omnes pater interfecit.
- Ariarates, vel Ariaspes, veneno mortem sibi consciuit, dolo Ochi fratris.
- Arsames nothus, Ochi metu, sibi manus intulit. } Darius. Oxyathres
- OCHVS Rex successit patri. Regiam cognatorum cæde, & Principum strage repleuit.
- Atossa, patris Artoxerxis vxor. qua cum rem habuisse dicitur Ochus, viuo etiam patre.
- Amestris, filia & vxor patris.
- Rhodogune nupta Oronti.
- Apame nupta Pharnabazo.

Ochus trux & sanguinarius, veneno sublatus est à Bagoa. Regnauit ann. viginti tres.

Arses filius Ochi, successit patri annis tribus. Reliquis Ochi filijs majoribus à Bagoa sublatis, hunc tandem cum omni prole Bagoas extinxit.

DARIVS, Arsamis fratris Ochi filius, Bagoa curante, Rex à populo cõstitutus est. Regnauit annis 6. Ab Alexandro superatus in Arbelide, à suis interfectus est.

Excepta sunt ex Herodoto, Thucidide, Xenophonte, Ctesia, Diodoro, Plutarcho, Ptolemæo, Iustino & aliis. Quorum scripta licet prorsus consentiant cum Scripturæ sacræ cœlique voluminibus, & harmonia temporum, adeo tamen oscitanter voluuntur, vt Persarum historia neglecta ferè jaceat, quàm multum interest Christianæ Reipubl. habere perspectam, propter Danielis hebdomadas. Quarum initium aliunde hauriri non potest, quàm ex Persarum temporibus, quibus atram offudit caliginem Viterbiensis nugator Annius. Qui suorum mendaciorum præstigijs multorum & oculos & mentes adeo fascinauit, vt putent Persarum Reges aliter à Græcis appellari: aliter ab Hebræis, Berosso, Metasthene. Fucus jampridem à doctis retectus est. Non desunt tamen viri boni, & optimè de literis meriti, qui etiamdum tenentur huius præstigiatoris fascino. Quare nos operæ prætium facturos esse duximus, si istius impostoris vanitatem, ex ipsius ore patefaceremus, ne quis postea dubitet farraginem illam totam vel Deo Lemnio vel Neptuno consecrare. Bellos igitur istos libellos quos Annius nugivendus edidit, spurios ac suppositos esse, & ex eodem fonte haustos, arguit dictio vbiq; similis, eodemq;

eodemque sermone continuatus historiæ tenor, eadem infantia, ijdemque errores in omnibus. Quorum architectus sui persepe oblitus, pugnantia narrat, & minus consentanea. Scribit Pseudo-Berosus Annij, quinque libris historiam suam perduxisse ab aquarum eluuie, vsque ad Ascatadem Assyriorum Regem 18. à Nino. Quod tempus octo sæcula tantum complectitur. Sequitur Manethon, qui, quo loco finit Berosus deflorationem suám (agnosce verbum Castrense Anniana facundia dignum) ex eo se ordiri Regum Ægyptiorum seriem profitetur: Post hos prodit personatus Metasthenes, vtrique dissentiens. Is enim Berosi Reges Assirios producit adusque Sardanapalum, tempus sæculorum quindecim complexus. Iam audis inter hos nothos dissidium. Berosus ait historiam se claudere in Ascatade. Manethon idem testificatur. Metasthenes de Berosi scriptis certior, quàm ipse Berosus, asserit eum historiam prosecutum fuisse vsque ad Sardanapalum, annorum amplius 1500. Atqui Iosephus qui germana Berosi & Manethonis scripta habuit, libr. 10. Antiquit. capit. 12. & libr. 1. aduersus Appion. testatur Berosum Chaldaïca conscripsisse tribus libris, eumque exorsum esse à temporibus Noæ, & ipsius verba de libro tertio transfert, quibus memorat res gestas Nabuchodonosoris & nepotum, Græcos vanitatis arguens, qui Babylonem à Semiramide conditam fuisse prodiderunt. Contrà Berosus Viterbiensis Græcis assentiens, Semiramidem ex oppido maximam vrbem extruxisse tradit. Tatianus Assyrius Philosophus postea Christianus, Berosum Beli Sacerdotem fuisse scribit, & historiam Chaldæorum tribus libris composuisse, in gratiam Antiochi eius qui tertius fuit à Seleuco. Potuit Berosus historiam continuasse ad Alexandrum vsque. Siquidem Clemens Alexandrinus in protreptico, è libr. 3. Chaldaïcorum commemorat Artaxerxem Mnemonem primum statuas erexisse ad colendum. Annos igitur Berosus non quinq; aut pluribus, sed tribus tantum libris emensus est plusquã 2000. Iosephus præterea ex vero Manethone Reges Ægyptios recenset, & annis plusquam nongentis ante Ægyptum & Danaum historiam orditur. Spurius Manethon fabularum suarum initium ducit ab Ægypto tantùm. Citat Iosephus Indica Megasthenis, Annius Megasthenem trãsformauit in Metasthenem, & Indica in judicia, mira metamorphosi. In Xenophontis Æquiuocis, Homerum Thalete posteriorem facit. Thales in expeditione Cyri fuit aduersus Crœsum, & temporibus Astyagis & Halliattis. Solis defectionem prædixit anno 3. Olympiad. 49. Homerus Olympiadas antecedit annis plus 250. Sed quis vnquam audiuit Xenophontis Æquiuoca? Enimuero Viter-

biensis Archilochus, Homeri synchronon se facit, annis plusquam 300. post Troianam cladem; cùm Homerus floruerit annis 140. post Ilium captum. Pari impudentia nugacissimus Annius, Metasthenem suum inducit Alexandri coæuum, cuius tamen ætatis & sæculi superioris ignorantissimum exhibet. In eo præter alia nugarum portenta, profert à se fabricatum Priscum Assuerum Artaxerxem, & huius duos filios Cyrum Artabanum, & Darium Longimanum, de imperio dimicantes: & eadem ferè repetit in Philone, in quo potissimum fatuitatem suam expressit. Conceperat Annius nescio quid de regno Cyri, & legerat in Daniele, Darium Medum post Babylonem à Cyro captam Chaldæis imperasse. Inde falsò collegit Cyrum & Darium fratres fuisse. Didicerat apud Esdram Assuerum, Cyrum, Artaxerxem, Darium, regnasse post captiuitatem solutam, hinc stulte ratiocinatus est, Artaxerxem Assuerum filium fuisse Darij: fando etiam audiuerat Artaxerxis patrem ab Artabano obtruncatum fuisse; & Darij Nothi filios Cyrum & Artaxerxem de imperio contendisse, ea propter confuse permixtis nominibus confingit Cyrum, Artabanum, & Longimanum filios fuisse Assueri. Bellum à Cyro gestum aduersus Mnemonem fratrem, inscitè refert ad Longimanum, auum vtriusque. Non sunt melioris notæ Fabius Pictor, Sempronius, Myrsilus, Cato. In summa, οὐδὲν ὑγιὲς. Dies deficeret si insana omnia excutere pergeremus. Sed videbunt eruditi, ne posthac huius præstigiatoris fascino capiantur.

Danielis Hebdomades 70.

Persicorum temporum ignoratio maximas Danielis Hebdomadibus tenebras offudit, hodieq; in tanta historiarũ luce caligant doctissimorũ oculi. Sunt qui à capta Babylone ducant initium: Quia dixerit Angelus ab egressu verbi, vt rursus ædificetur Ierusalem, statutas esse 70. hebdomadas: Et Cyrus edicto suo potestatem fecerit Iudæis ad sua reuertendi & extruendi Tẽplum, horum errorem refellit interuallum à Cyro ad Christi crucem interceptum, annorum supra 560. Alij ordiuntur à Dario Achæmenida, qui edicto Cyri Ecbatanis reperto & cõprobato, jussit opus Templi absolui, quod repetitum est anno eius secundo, anno sexto absolutum. At verò Cyri & Darij edicta, Templi quidem ædificationem concesserunt, sed non vrbis instaurationem, in qua Angelus disertè caput hebdomadum posuit. Sunt preterea qui à Memore incipiunt, & in Vespasiano siue Tito filio, qui Ierosolymam solo æquauit, hebdomadas terminant. His similiter refragantur anno-

rum ſpatia. Nam ab initio Memoris ad Ieroſolymam à Tito euerſam, decurrunt anni tantùm 470. Qui meliora ſentiunt ab vrbis inſtauratione hebdomadas auſpicantur: Cuius refectio Nehemiæ conceſſa eſt ab Artaxerxe, anno regni 20. Sed hîc tempora Perſarum rurſus in diſcrimen vocant, & quęrunt quis ille Artaxerxes fuerit, qui vrbis: quis Darius, qui Templi inſtaurationem conceſſerit. Atque ex Daniele, Eſdra, Nehemia, & Eſthera, ſeriem regum Perſarum pertexunt, & perducunt ad Alexandrum vſque: ceſſatum eſſe colligunt ab extructione Templi, per annos 107. Nehemiam & Eſdrā vrbis & politiæ inſtauratores, ad Alexandri tempora peruenisſe, vrbem exędificatam fuiſſe anno 20. Memoris, captam 28. Iulij, abſolutā 18. Septemb. dieb. 52. Templum præterea abſolutum anno Darij Nothi ſexto. Eoque modo diuerſa faciunt hebdomadum initia, & diuerſos exitus. Alias alij opiniones & coniecturas adferunt: ſed omnium ſententias hîc recenſere vel refellere non inſtituimus. Veritas in lucem prolata ſatis habet firmamenti & virium ad ſeipſam defendendam. Sanè tantum abeſt vt Eſdras & Nehemias ad Alexandrum peruenerint, vt ne Darium quidem nothum attigerint: tantum abeſt vt vrbs diebus 52. abſoluta fuerit, vt ne decēnium quidem inſtaurationi potuerit ſufficere: ſed attendamus quid nobis ſuggerat ipſa diuini verbi veritas. Scriptura docet anno primo Cyri Iudæos libertate donatos, in Iudæam remigraſſe, ad 49697. Inter primarios reducum duces, fuerunt Zorobabel, & Nehemias, 1. Eſd. c. 1. & 2. Inter ſacerdotes Eſdras. 2. Eſd. c. 12. Eſdras igitur ſacerdos, & dux Nehemias anno primo Cyri nati fuerunt annos non minus 20. Poſt expugnatam Babylonem Cyrus regnauit annos 6. Cambyſes 7. Darius Achæmenida 36. Xerxes 20. Longimanus 40. Adde tēpora Nothi, Memoris, Ochi, Codomani, annorū ſupra 90. conflabis annos 232. Ætas igitur Eſdrę, ætas Nehemiæ, duo ſæcula longè ſupra omnē fidem ſuperauerit. Tempus verò in vrbe reficienda conſumptum, diſertè profert Nehemias Eſd. 2. cap. 5. Anno, inquit, Artaxerxis 20. per ann. 12. ego meique cognati victu prætorio non viximus. Nec ſolum hoc inſtaurandorum murorum opus adjuui ipſe, ſed neque fundum emimus, & omnes famuli mei illic aderant operi. Populus enim ipſe ſatis opere onerabatur. Hic Nehemias palam teſtatur opus adiuuiſſe per annos 12. Non fuit igitur opus confectū dieb. 52. Nehemias quidem poſtquam de Sanaballati epiſtola egit, qua illū deterrere conabatur ab opere, ſcribit opus abſolutū fuiſſe die 52. qui dies ad proxima refertur, nimirum ad id tempus quo Sanaballatus epiſtolā miſerat. Sed vt intelligatur qui Perſarum reges Templi & vrbis inſtaurationem iu-

uerint, quíve prohibuerint, historiæ summam ex libris Esdræ huc adferemus. Anno primo Cyri a Babylone subacta, vt impleretur Ieremiæ vaticinium, Cyrus Iudæis potestatem fecit in Iudæam redeundi, & Templum instaurandi, ex captiuis redierunt cum Zorobabele, Iesua, Nehemia, Mardochæo, & alijs principibus, homines 49697. Anno secundo aduentus, Templi ædificationem adoriuntur, vbi multi sacerdotum & Leuitarum & familiarum primarij senes, qui prius templum viderant, cum hoc templum spectantibus ipsis fundaretur, flebant ingenti voce. In his Mardochæus esse potuit, qui cum Iechonia fuerat abductus, & viderat vtrumque templum. At vero aduersarij consilium dissoluerunt, & opus impediuerunt, toto tempore Cyri vsque ad regnum Darij. Hactenus Esdras impedimentum indicauit, in genere & sub tempore Cyri complectitur Cambysis principatum, quem consentaneum est absente patre Cyro bellis implicito, regni habenas tenuisse. Cyrus enim imperij totius orbis cupidine accensus nunquam ab externis bellis quieuit. Esdras deinde impedimenta sigillatim explicat, hoc modo. Atque initio regni Assueri (hic est Cyaxares appellatus à Xenophonte) scripserunt aduersarij criminationem aduersus Iudæos. Igitur initium Regni Assueri, est primus annus Darij Medi, Idemque primus Cyri. Nam digiti in pariete scribentes, significauerunt, Baltassari, regnum Persis & Medis traditum fuisse, Daniel autem, qui apud Darium Medum summo in pretio fuit, Darium semper imperatorem agnoscit, nec Cyri meminit quoad Darius fuit superstes. Esdras Cyrum nominat quia huius virtute & auspicijs, Babylon expugnata fuerat, licet Cyrus Dario auunculo primas semper deferret. Dario vero vita functo, Daniel Cyri nomen vsurpat. Anno Cyri tertio inquit c. 9. dixisset proculdubio anno Darij tertio, nisi tum Darius fatis concessisset. Daniel porro criminatione illa audita (erat enim a consilijs Dari Medi siue Assueri) cùm animaduertisset annos 70. calamitatis ab Ieremia prænunciatæ, præterijsse, nec Templi instaurationem procedere, edicto Cyri circumscripto, precibus ad Deum se conuertit, vsus ieiunio centone & puluere. Nam & Daniel & populus vniuersus annis 70. euolutis, Babylone capta, stirpe Nabuchodonosorea extincta, restituta libertate & patria, Templi præterea refectione concessa, vitam deinceps quietam & iucundam sibi pollicebantur. At breui momento hostium insultum percipiunt, & templi instaurationem impeditam. Ideoque sic apud Deum conqueritur Daniel. Propter peccata nostra maiorumque nostrorum vitia, Ierosolyma tuusque populus infamis est,

apud

apud omnes nostros finitimos. Spectat enim ad criminationem, quam Esdras scriptam fuisse dicit initio Asueri: quod quidem initium disertè Daniel exprimit. Anno primo Darij Asueri filij. Inter orandum aduolat Gabriel, qui 70. hebdomadas ei patefecit. Sequitur apud Esdram. Ac temporibus Artaxerxis, epistolam scripserunt aduersus Ierosolymitanos, cui respondit Artaxerxes, edictoque suo prohibuit ædificationem templi. Ita intermissum fuit opus, vsque ad annum secundum regni Darij. Hic Artaxerxes est Cābyses, qui Cyro successit, authoribus Iosepho & Herodoto. Omnes Persarum reges Artaxerxis nomine delectabantur. Herodotus ait Xerxem significare bellatorem, Artaxerxem debellatorem victorissimum. Sic Asuerus in Esthera, vocatur Artaxerxes. Post Dariū Histaspis dicti sunt ferè Darii: Darius Longimanus, Darius Nothus, Darius Memor, Darius Ochus, Darius Codomanus. Sic post Cyaxarem, qui Medis & Persis imperabat, Medorum Reges dicti sunt Cyaxares, siue Asueri: vt Asuerus Astyages apud Estherā & Danielē: Astiagis Asueri filius, Darius Medus idēq; Cyaxares. Cyaxarē porro & Asuerū idiomate Persico eundē significare, nuper docuit Scaliger. Iā ergo nihil dubitamus quin Darius Danielis, idē sit Cyaxares Xenophōtis, & Asuerus Esdræ. Sed redeamus in viā. Explicauit Esdras quomodo toto tēpore Cyri fuerint impediti Iudæi, vsque ad regnū Darii Histaspis. De quo, capite quinto, sic narrationē instituit. Vaticinātibus Haggęo & Zacharia, Zorobabel & Iesua Iosedecifilius, cœperunt instaurare tēplum. Et anno Darij secundo, Haggæus Dei iussu, Zerobabelem Iesuam reliquumque populum, his verbis alloquitur. Hagg. c. 2. Qui vestrum superstites viderunt ædem istam in sua gloria, cum eam nunc videtis, nonne vobis videtur esse nihil? flebant enim senes qui prius templum viderant, vt testatur Esdras, quia huius templi structura longe aberat à Salomonici splēdore & magnificentia. Eos solatur Haggæus, inquiens: Propediem erit (ait Deus) cum ego cœlum, terram, mare, siccumque commouebo, omnesque gentes, vt auidè huc veniant, istamque ædem replebo gloria. Quis iam Darium ab Esdra c. 4. 5. 6. commemoratum ad Nothum referat? cum audiat Haggęū alloqui superstites, qui Salomonicum templum viderant. Annus Darij Hystaspis secundus abest à templi excidio annis 87. Ergo qui superstites erant, cum Haggæi hortatu templum alterum excitaretur, poterant 90. & 100. annos exegisse, quia cum Nabuchodonosor Ierosolymam euerteret, puberes annos agebant. Annus vero Darij Nothi secundus, ab excidio templi remotus est annis 185. adde pubertatis annos, habebis duo

secula. Darius igitur qui in Esdra, Haggæo, & Zacharia memoratur, ad Nothum spectare non potest, sed anno Darij Hystaspis secundo, templi edificatio cœpta est, anno eiusdē Darij sexto absoluta. Aduersariorum factionibus cessatum est, ab ædificatione per annos tantum 15. Esdras porro & Nehemias templo absoluto, ad Regem Persarum redierunt, quo munia sua obirent. Darius interea multis & operosis occupationibus implicatur, Babylonem, quæ ab eo defecerat, Zopyri opera & fide recipit. Mouet aduersus Scythas. Inde Græcos adoritur, rebus infeciter gestis, vires reficit: sed mors eius consilia præuenit. Xerxes imperat, qui totus bellis, initio regni incubuit. Ægyptum, quæ à patre defecerat, recuperauit. Quadriennium comsumpsit in exercitu conscribendo, hominum 3000000. Græcos inuadit, victus fugit, & Persidem repetit, vbi reliquum vitæ turpiter & libidinosè transigit: tandem à suis contemtus, obtruncatur. Succedit Artaxerxes Longimanus, inter Persarū reges mansuetudine & magnanimitate præstantissimus, cultor Pietatis & Iusticiæ. Huius anno sexto Esdras Babylone proficiscitur Ierosolymam, cum regijs mandatis, quibus rex imperat, Deo sacrificari, ne regis, & regnum & liberi dent pœnas. Sacerdotes templique ministros omnes, tributo liberat. Esdram iubet iudices & præsides statuere per totam Syriam, legis Dei peritos, & morte multari vel exilio, honorumue amissione, qui Dei & regiæ legi non paruerit. Nihil narrat historia sacra de rerum Iudaicarum statu, per annos 50. de lapsos à sexto Darij, ad sextum Longimani. Hostes tamen minimè quieuisse constat ex Nehemia, sed Iudæis semper obstitisse, vrbis ædificationem perpetuo prohibuisse, muros qui excitarentur dissipasse, portas incendisse, donec Nehemias anno Artaxerxis vicesimo, suis opem tulerit ex edicto regio: & renitentibus hostibus vrbem instaurarit, per annos 12. Qua exædificata ad regem reuersus est. Verum aliquanto post, Ierosolymam concessu Regis repetit, vbi non multo post extremum diem obijsse par est. Accedebat enim ad annum 120. Siquidem annus Artaxerxis 33. abest à capta Babylone annis 97. quibus adde 20. quos iam transegerat Nehemias, conflabis 117. Potuit igitur Nehemias æquasse Mosis ætatem. Esdras non pauciores vidisse dies censendus est. Fuerunt igitur longæui Nehemias, Esdras, Mardochæus. Quos ad Darium Nothum peruenisse merito pernegamus, tantum abest, vt extrema Persicæ Monarchiæ tempora viderint: In vniuersa Scriptura nihil quidquam reperias à Longimano ad Alexandrum. Esdras quinque tantum reges memorat, Xerxe prætermisso, Cyrum, Assuerum, qui Cyaxa-

res

res & Darius etiã dictus est, Artaxerxem cui Cãbyses, Darium qui Cambysi successit, & Artaxerxẽ longimanũ. Sic Daniel post obitũ Darij Medi, reges 4. indicat Cyrum, Cambysem, Darium Hystaspis, & Xerxẽ, qui regnum Græciæ concitaturus erat. Post Xerxem reliquis omissis, Alexandrum profert, atque hic hiatus, omnium Iudæorum luminibus obstruxit. Vnde fit vt neq; Sabbathorum, neque Iubilæorum caput & seriem teneant: neque temporum præteritorum vllas habeat certas Epochas. Hebdomadas Danielis admittunt, sed ex illis nullum fructum percipiunt. Quę tamen illos recta duxissent ad Messiam, si Persarum, liberatorum suorum beneficia, & tempora memoriæ commendassent. Iosephus sacerdos hunc hiatum transilit tacitus, & ex ignoratione historię domesticæ, Persicos reges sic ordinat.

1 Cyrum, Quem anno captiuitatis 70. ab excidio Templi, Iudæis reditum concessisse prodidit.

2 Cambysem, siue Artaxerxem: qui Templi ædificationem prohibuit.

3 Darium Hystaspe natum. Cuius beneficio Templum instauratũ est.

4 Xerxem, quem cum Longimano inscitè permiscet.

5 Artaxerxem, quem Assuerum ineptè facit, Estheræ maritum, & confundit cum Memore. Inde præteritis Xerxe, Sogdiano, Notho, Ocho, statim ad Alexandrum pergit. Ideo Iaduam, qui sub Longimano inter Iosedeci nepotes recensetur, pontificem sub Alexandro constituit. Et quæ de Sanaballato subiicit, nisi vana sunt, certè valdè suspecta sunt. Sed confidenter asserimus Sanaballatum Iosephi, non illum esse posse qui negotii plurimum exhibuit Nehemiæ, dum Ierosolyma instauraretur, quo tempore Sanaballatus filiam suam matrimonio iunxerat cum Ioiadæ filio Eliasibi, pontificis nepote, circa annum Longimani 32. Hic annus diuulsus est ab Alexandro annis plusquam 130. Demus Sanaballati filiam cùm nuberet annos 15. fuisse natam. Sanaballatus annis non minis 20. filiam ætate superauit. Igitur cum à Dario ad Alexandrum defecit, si is ipse est de quo scribit Iosephus, accesserat ad annos 166. Iosephus, ut videre est, cum Pontificum ordinem & successionem sibi describendam proposuisset, nec autores vllos haberet præter Esdræ libros, qui pontifices ederent, accepit quos in Esdra reperit, & ne spatium luxatum relinqueret inter Cyrum & Alexandrum, eos produxit ad Alexãdrum vsque. At vero constat ex Nehemia, Iesuam & Ioacimum non multum temporis sacerdotio præfuisse. Ioacimo successit Eliasibus, Dario, qui templum ædificari iussit, imperante. Siquidem Nehemias cap. 12. recenset qui fuerint Leuitæ temporibus Ioachini & Eliasibi: Et inter

leuitas ad scriptos fuisse narrat Ioradam, Ioannem, & Iaduam, familiarum primarios & sacerdotes vsque ad tempus Ioannis Eliasibi filij. Ioannes igitur Eliasibo successit sub extremum Longimani tempus. Hic agnoscimus Iaduam Leuitem & sacerdotem primarium imperante Dario Achæmenida. Obijt hic Darius ante principatum Alexandri annis 153. Itaque Iadua, quo tempore dicitur Alexander ingressus esse Ierosolymam, superauisset annos 170. Neque Iadua censetur inter Pontifices, sed inter sacerdotes neque successit Eliasibo, sed Ioannes: in cuius domum diuertit Esdras, cum fugeret crimem admissum in contrahendis matrimonijs cum externis nationibus. Proinde necesse est in Iosephi historia, vel alium fuisse Sanaballatum, alium Iaduam, quam qui ab Esdra memorentur: vel quod magis suspicor, vanissima esse Iosephi commenta de Iadua & Sanaballato. Sanè quotquot sunt Iudæi siue Iosephus, siue Rabbini, Cabbalistæ, Thalmudistæ, & alij quorum scripta edita sunt, cæcutiunt in Persarum temporibus. Itaque Danielis hebdomadum neque caput, neque calcem agnoscere vnquam potuerunt. Nostri similiter in hebdomadum explicatione in varias iuerunt sententias propter ignorationem temporum Persicorum, quæ cum iam notissima sint, & à nobis dilucidè explicata, audiamus Angelum Danieli colloquentem.

1 Septuaginta hebdomades prefinitæ sunt populo tuo, & vrbi tuæ sanctæ, ad consumandum scelus, & perficienda peccata, & expiendam iniquitatem, & ad iusticiam sempiternam adducendam, & obsignandam visionem, & vngendam supremam sanctitatem.

2 Scias ergo & intelligas, ab egressu verbi de instauranda Ierosolyma, vsque ad Christum ducem, 7. & 62. hebdomadas.

3 Et reuertetur populus, & reædificabitur platea & murus in angustia temporum.

4 Et post hebdomadas 62. Christus excindetur: & nihil ei.

5 Vrbem autem & Templum destruet populus ducis venientis, & finis eius cum inundatione erit, & ad finem belli definitio desolationum.

6 Et confirmabit fœdus multis, hebdomada vna & dimidia hebdomade faciet cessare sacrificium & oblationem.

7 Et super expansionem abominationum stupor, & ad finem & destinatam consummationem stillabit super stupentem:

Hactenus Angelus, cuius orationem in 7. commata partiti sumus, vt facilior

lior ſit eius comprehenſio.Primò diſertè definit 70.hebdomadas deſtinatas eſſe populo & vrbi, hoc eſt ciuibus Danielis: neque enim diſiungit vrbem à populo,vt nonnulli interpretantur. Intellexerat Daniel annos 70.quos Ieremias calamitati præſcripſerat, exiiſſe.Babylone capta,& Nabudonoſoreis deletis,pars populi redierat in Iudæã,cum poteſtate ædificãdi Templi. Cõfeſtim reduces ab aduerſarijs accuſantur, & deferuntur ad regem Aſſuerum ſiue Cyaxarem Medum,à quo Daniel Triumuir cõſtitutus fuerat,ſuper 120. Satrapas.Daniel intellecta criminatione,ad Deum preces fundit in ieiunio, ſacco & cinere . Adfuit Angelus ei ſignificans,non annos ſolùm 70.ſed annorum hebdomadas 70.populo conſtitutas eſſe, ad perficienda ſcelera, & oracula de Meſſia implenda, qui intra 70.hebdomad.iuſtitiam adducet.Altero commate indicat initium hebdomadum, ab eo tempore quo Rex edicto ſtatuet Ieroſolymam inſtaurãdam eſſe.Quod Nehemias impetrauit anno 20.Longimani. Sed addit Angelus Chriſtum ducem venturum, hoc eſt, manifeſtatum iri, antequam 70.hebdomades expleantur.Numerat enim 7. & 62.hebdomadas ab edicto regio, quo vrbis inſtauratio permittetur, vſque ad Meſſiam.Et mihi falli videntur qui hebdomadas 7.hoc eſt annos 49 diſiungunt ab hebdomadibus 62.quia putant cœptam fuiſſe murorum ædificationem,anno circiter 50.à populi reditu.Sed hic numerus harmoniæ tẽporum non congruit. Fluxerunt enim ab oratione Danielis ad annum Longimani viceſimum, quo Nehemias vrbem excitare exorſus eſt, anni pluſquam 80. Quare nihil aliud Angelus ſignificare videtur, quàm poſt annorũ hebdomadas 69. Chriſtum appariturum, nec expectaturum 70. hebdomadum exitum. Hebdomades autem 69.hoc eſt anni 483. definitè cadunt noſtro calculo, in annum 15. Tiberii, quo Chriſtus in Iordane ab Ioanne ablutus eſt. Tum enim Meſſias apparuit, proclamatus in cœlo, Hic eſt Filius meus dilectus:proclamatus in terris,Ecce agnus Dei qui tollit peccata mũdi. Ex eo tempore cœpit Chriſtus munus ſuum obire, ad quod ante ſæcula deſtinatus fuerat. Adſciſcit diſcipulos. In nuptiis, diuinæ potentiæ ſigna exerit. Mercatores è domo patris ſui ejicit, Euangelium publicat, docens completum eſſe tempus, & inſtare regnum Dei. Matth.4. Marc.1.Luc.3. & Ioann.1. Cur autem 7.& 62.hebdomadas dixerit,potius quàm 9.& 60.nobis non liquet: ſic viſum eſt diuinæ Sapientiæ. Satis eſse debet quòd annorũ numerus nõ obſcurè expreſsus eſt. Hebræorũ tamen idiomati hocfortaſ se tribui poteſt, cùm Ezechiel cap. 45. eodem genere dicendi vtaturviginti ſicli,& viginti quinq;ſicli & quindecim ſicli minam faciũt.Poterat Prophe-

ta dicere Sexaginta sicli minam constituunt. Tertio commate Danielem solatur,& confirmat populum reuersurum.Multi certè jam redierant,sed multus adhuc populus Babylone restabat,& post hęc multos Esdras secum duxit anno 7. Artaxerxis. Et quotidie plurimi sedes antiquas repetebant. Distabat enim Babylon à Ierosolyma leucis nostris circiter 250. Vrbem præterea rursus ædificatum iri spondet: sed in angustia temporis, quæ explicatur à Nehemia ca.4.& 6. Quarto commate ait Christum post hebdomadas 62. excindendum esse. Hoc ita ferè interpretantur, vt septima hebdomade vrbem refectam fuisse dicant, deinde post hebdomadas 62. ab vrbe transactas, Christum cruci affixum fuisse.Sed hanc interpretationem minimè quadrare temporum ordinibus docuimus,commate secundo, hebdomades 62 æquant annos 434. Qui à Christi Cruce retro numerati, cadunt in annum 4 Memoris, dissitum annis 40. a 32.Longimani, quo anno absolutus fuit vrbis ambitus. Est igitur vbique retinendus numerus hebdomadum. 7 & 62. Anni 490.definiti sunt ad consummationem eorum quę de Christo Prophatæ prædixerunt. Sed post hebdomadas 69.quæ conficiunt annos 483.Christus manifestabitur. Dixit tamen hebdomadas 62.tantum, quia prius coniunxerat 7. & 62. hic vero non repetit 7. sed ex antecedente subaudit, vt perfeciantur anni 483.qui ab edicto Longimani fluxerunt ad Christi baptismum. Ea loquendi forma nostræ non est absimilis. Si quis enim annorum 1580. 1581. 1582. 1583. narrationem instituat, non putabit in necesse esse vt exprimat integros numeros, sed primo 1580. pronunciato, deinceps edet tantum 81. 82. 83. Et qui indicaturus est, annos 81. 82. 83. 84. primum tantum integrum proferet, in reliquis denarios omittet, & auditoribus satisfactum esse putabit, si dicat, 81. 2. 3. 4. Ita Angelus in hebdomadibus annis 7.& 62.Posterius membrum adsumsit,omisso priore quod tamen subaudiri voluit. Quinto commate subijcit supplicium & vindictam impietatis & peruicacię Iudæorũ. Sed hoc obiter dictum est ab Angelo,nec magis quam comma septimum,spectat ad tempus hebdomadum 70. Neque enim pœna statim noxam secuta est.Absurdum est quod quidam vrgent 70.Hebdomadas præstitutas esse non solùm populo, sed etiam vrbi: atque inde vrbis excidium concludunt intra 70. hebdomadas. Vrbs enim euersa est à Tito, annis 522.euolutis ab edicto instaurationis. Quare non potest vrbis interitus accommodari septuagenario.Sexto commate redit ad narrationem de Christo occidendo in vltima hebdomade, non tamen absoluta, sed dimidium hebdomadis septuagesimæ,finem faciet sacrificijs, & victimis, quæ

vmbra

vmbra fuerunt agni semel immolandi. Quòd verò septimo comminate addit de stupore super abominationum magnitudinem & multitudinem, non pertinet ad 70. hebdomadas, sed ad vrbis euersionem, & calamitates insecutas, quæ perpetuò stillabunt super Iudæorum stuporem ad finem sæculorum, nisi resipiscant.

Hæc nobis vera videtur esse Angeli sententia plana & dilucida, nullis ambagibus inuoluta, harmoniæ temporum adamussim congruens. Si quis meliorem & historiæ & tempori consentaneam adferat, libenter amplectemur. Iam intelligimus Gabriëlem & principium & finem hebdomadum non obscurè expressisse. Ac de fine quidem nulla dubitatio esse potest, cùm hebdomade postrema Christus sit excindendus: & in dimidio hebdomadis, ante exitum scilicet postremæ, Leges Mosaicæ de victimis & holocaustis abrogandæ sint. Sunt autem abrogatæ veri agni Christi Filij Dei immolatione, postquam nullæ deinceps à pijs sacrificatę vel oblatæ sunt victimę. Igitur dimidium postremæ hebdomadis, morte Christi concluditur. Quem cruci affixum fuisse anno ætatis 34. euoluto, Mundi 4055. ineunte vere, Iphiti 808 suprà demonstrauimus. Sed interualli noti hebdomadum 69½. altero extremorum dato, alterum latére non poterit. Anni enim 486. quæ 69. hebdomadas & dimidiam componunt, à Christi patibulo retro numerati, cadent proculdubio in tempus Artaxerxis Longimani. Atqui Nehemias ca. 1. & 2. palam testatur anno Artaxerxis 20. regium edictum impetrasse de vrbe reficienda, & instaurandis muris. Inspiciendum igitur & disquirendum an vicesimus annus Longimani disiungatur à Christi mactatione annis 486. Scribit Thucidides Themistoclem, qui ad Salaminem classem Xerxis profligauerat, Athenis Ostraco ejectum, ad ipsum Xerxem profugisse, ac literas quibus à se collata in Xerxem beneficia commemorabat, dedisse ad Artaxerxem regnum nuper adeptum, annumque spatium impetrasse ad Persicam linguam perdiscendam. Quod & Plutarchus & Diodorus prodiderunt. Anno transacto liberè cum Rege egisse de subigenda Græcia. Sed quoniam mors consilium eius præuertisset, promissa Xerxi non præstitisse. Xerxem verò narrat Diodorus ab Artabano obtruncatum fuisse, anno 4. Olym. 78. Themistoclem verò Athenis pulsum ostracismo, Olympiad. 77. anno 2. nec multum temporis ab ostracismo superfuisse, sed fatis concessisse antequam Xerxem in Græciam adducere potuerit. Ex his consequimur Artaxerxem viuo etiam patre, regni gubernaculis admotum fuisse, ante Themistoclis ostracismum. Igitur ante annum 2. Olym. 77. videtur quidem Plutarchus ita

narrationem Thucididis accipere,vt intelligat Artaxerxem nuper in regno patris defuncti successisse, cùm Themistocles ad eum literas dedit: atque Thucididem excusat, qui annales secutus fuerit non satis commodè editos. Sanè Diodorus, Iustinus, & alij tradunt Artaxerxem post cædem patris regno potitum esse, Olympiade 79. Sed nihil obstat quominus Artaxerxes ante casum patris, regio nomine & diademate ornatus fuerit, regiaque munia obiuerit. Solebant reges sibi regni consortes filios adsciscere. Quod ab Hebræis ante Persarum tempora factitatum fuisse Scriptura testatur. Sed lege Persarum ab Herodoto prodita, non licebat Regi in expeditionem extra regnum proficisci, nisi domi priùs creato Rege. Xerxes post fugam è Græcia, Pausaniæ proditoris pollicitationibus illectus, secundam in Græcos expeditionem parare decreuerat. Themistocles etiam multam ei spem injecerat de Græcia subigenda. Voluit igitur Artaxerxem filium præcellēti indole præditum, regem instituere, siue ex animi sententia, siue Persarum lege id exigente. Proinde nobis spectanda sunt principia duo regni Longimani. Alterum quo Rex à patre institutus est, alterum quo patre occiso hęres extitit. Sic ipse Xerxes à patre Dario bellum aduersus Græcos renouāte, Rex fuerat declaratus: post excessum patris regnum ex hæreditate habuit. Historici regnum Longimani ordiuntur ab obitu patris. At Iudæi qui sub Persarum imperio degebant, regis adolescētis administrationem intuebantur, eumque præcipuè obseruabant, quippe qui maximis ab eo & præclarissimis beneficijs ornati fuerint, quæ recitantur in libris Esdræ. Ea propter regni principium ab administratione sumpserunt, atque in suos annales retulerunt. Canone quinto libri superioris, Scripturæ consuetudinem in regum temporibus enarrandis obseruauimus: vbi multi Iudæorum Israëlitarumque reges pluribus annis regnasse dicuntur, quàm vixerint ab excessu patrum, quia horum initium Scriptura spectauit ab eo tempore, quo patres, illos in regni consortium adsciuerant. Sed enim perspicuum est ex Diodoro & Thucidide regni jam habenas tenuisse Longimanū, anno 2. Olymp. 77. Itaque non indiget Plutarchi defensione Thucidides. Tum enim historia narrat Themistoclem ad Xerxem confugisse, & literas tum dedisse ad Artaxerxem regem. Anno deinde in Persica lingua perdiscenda transacto, pepigisse cum Xerxe de prodenda Gręcia, non obscurè significat & Xerxem patrem & Artaxarxem filium reges superstites esse. Quapropter exordium regni Longimani non incommodè statuemus anno vno aut altero ante Themistoclis ostracismum: nempe anno mundi 3550. anno primo 77. Olympiadis

A Xerxes à patre Dario paulo ante mortem Rex institutus, anno regni primo armis Ægyptum recuperat quę, defecerat à patre. Herod.

B Xerxes Sardibus mouet, Hellespontũ traiicit. Pugnat ad Thermopylas sub tempus agonis Olympici 75. Deinde ad Artemisium. Post ad Salaminem classe profligata fugit Sardes sub tempus sementis. Annus est Mundi 3543. Nabonas. 268. Sol defecit in Cleombroti sacro, Paum die 17. Oct. 2. ho. 1. 16. pomerid.

C Artaxerxes Rex instituitur à patre. Primus regni Artaxerxis annus.

D Anno 2. Olympiadis 77. Themistocles Ostraco pulsus, Athenis profugit ad Xerxem, literis datis ad Artaxerxẽ regno nuper inauguratum. Obiit Magnesiæ ad Meandrum. Thucid. i Dodor. Plutarch.

E Xerxes obtruncatur ab Artabano. Succedit Xerxi filius Artaxerxes. Primus est annus regni Artaxerxis historicis.

F Anno 20. regni Artaxerxis, à prima inauguratione, scilicet edictum regiũ impetratum est de reficienda vrbe Ierusalem. Nehem. Hinc initium HEBDOMADVM.

	Anni Mundi.	Olympiades.	Anni à Christo passo.
	3535	73	521
A*			520
	3540	74	
B*			515
	3545	75	
C*			510
	3550	76	
D*			505
	3555	77	
E*			500
	3560	78	
			495
	3565	79	
			490
F*	3570	80	
		81	
			485

dis ineunte. Eoque modo Thucididem annales rectè secuditum fuisse comperiemus. Iam ab hoc principio si numeres annum Artaxerxis vicesimum delaberis in annum Mundi 3570. dissitū ab anno quo Christus in Iordane ablutus est, annis 482. ab eo vero quo mactatus est, annis 486. Itaque ab exitu Verbi, hoc est ab edita sanctione de reædificanda & rursus habitanda Ierosolyma, ad Christum ducem, hoc est ad annum quo Dei filius salutis suorum ducem sese exhibuit, accitis discipulis & Euangelio palam publicato, annorum hebdomades 62. & 7. hoc est anni 483. definite concluduntur. Hebdomade vero 70. nondum exacta, Christus occisus est, hebdomadumque numerus ineundus ab anno Longimani 20. secundum oraculum Angelicum à Daniele & Nehemia patefactum.

Tempora Græcorum.

Græcia non vnius imperio paruit. Athenienses, Lacedemonij, Macedones, principem in ea dominatum obtinuerunt. Sed Macedonas, quantum ex veteri memoria repetimus, Athenienses & Lacedemonij antiquitate longè antecellunt. A Cecrope ad Codrum imperarunt in Attica reges. 17. Horum duodecimum faciunt Demophoonta, cuius anno primo, vniuersæ historiæ consensu, Troia capta est. Constat autem ex Persarum annalibus ad Troiam pugnatum esse, Teutanio Assyrijs imperante, quem narrat Ctesias apud Diodorum, auxilia Priamo postulanti misisse, duce Memnone Tithoni Persarum præfecti filio. Et rectè Eusebius confert cladem Troianam in regnum Teutanij, à Demophoontis initio ad Olimpiadem primam: ex temporibus regum & archontum, colliguntur anni 405. quot ab Olympiade prima ad excidium Troiæ numerauit Ephorus. Dionysius & Diodorus addunt Ephoro tres annos, Velleius 10. Scribit enim Romam conditam fuisse sexta Olympiade, post duos & 20. annos quàm prima constituta fuerat, 437. post Troiam captam. Anni 22. ablati a 437. relinquunt 415. ab Olympiade prima ad casum Iliacum, congruentes anno Mundi 2832. Adde Dyonisiano ratiocinio 50. annos, quos è Chronologia Eusebium iniquè subripuisse docuimus, habebis annos 458. qui ab Iphiti agone primo in præterita subducti, cadunt in annum 32. Teutanij, Mundi 2789. Tantum labis intulit Chronologiæ, annorum 50. mutilatio, in quam inductus esse videtur Eusebius, fallaci Ephori calculo & aliorum veterum, qui temporum Troianorum ignari (nihil enim ante Cyrum certi habet historia profana)

ex animi ſententia & incerta opinione Troianam epocham ſtatuerunt, vt terminum haberent vnde ſuas hiſtorias ordirentur. Quorum errorem iuniores inſecuti, principum & magiſtratuum ſpatia dimenſi ſunt, ad plumbeũ Leſbiorum canonem. Debuit Euſebius tueri Chronologiam ſacrã, cui cõſentit Aſſyria, omniũ vetuſtiſſima. Euſebio tamen habẽda eſt gratia quod in tẽpora Teutanij cladem Troianam contulerit, & nos certam ſedem docuerit, qua conſtitui debeat Demophoontis imperium. Annus igitur 32. Teutanij cui Troianum exitium adſcribimus, abeſt à primo Iphiti agone annis 458. Qui tamen ex principum Athenienſium tẽporibus nimirum à Demophoõtis initio ad annum ſecundum Æſchyli, colliguntur tantum 404. Sed hos produxit Ephorus ad 405. Dionyſius ad 408. Velleius ad 415. Nos quod hiſtoriæ veteri congruit potius amplectimur, & hiatum ex coniectura exæquata, annorum reciſorum diſtributione complemus. Ac primum quidem Melanthi initium coaptamus anno Mundi 2869. nempè 80. à Troiana clade: cuius rei nobis autores ſunt, Diodorus, Velleius, Plutarchus, Pauſanias, Clemens, Euſebius. Eo enim anno Melanthus Meſſeniorum Rex, Meſſena ab Heraclidis eiectus, in Atticam conceſſit. Æſchili verò Magiſtratum immutatum relinquimus, quia huius anno ſecundo ſacer agon ab Iphito inſtitutus eſt. Itaque nobis neceſſe eſt, tempora à Demophoonte ad Melãthum & à Melantho ad Æſchilũ interiecta, ęquata annorũ deficientiũ proportione replere, hoc modo.

Quod ſi quempiã faſtidioſum offẽdat hęc repletio, interregnorũ ſuplemento, res illi tranſigenda eſt, maximè poſt interitũ Codri. Tum enim regni forma mutata eſt, & ſumma rerũ archontibus commiſſa, qui rationes redderẽt. In ea conuerſione res Athenienſiũ ad interregnum fortaſſe recidit, vt mox dicemus in Lacedęmonijs. Ab Æſchilo ad democratiã, quę Olympiade 24. inſtituta eſt, certiſſima videtur eſſe temporũ notatio per decẽnales archõtas, quibus archõtes annui ſucceſſerunt. Qui deinceps temporũ ſeriẽ valde mutilam & luxatam habent: ſed ea ſupplenda eſt ex Olympiadibus, vſque ad Xerxis expeditionem in Gręciam, vbi anno primo 75. Olympiadis, ſub ipſum agonis tẽpus pugnauit infeliciter, mẽſe Iulio: nec multo poſt ſolis defectio, Cleõbrotum perterruit, Octobri mẽſe quã ſupra explicauimus. Quo anno Calliã Athenę prętorẽ habuerũt, vt notat Diodorus, qui deinceps ad obitũ

Demophoon.	33	46
Phorbas.	12	18
Aphidas.	1	4
Thimœthes.	8	12
Melanthus.	37	40
Codrus.	21	24
Medon.	20	23
Agaſtus	36	39
Archippus	19	21
Therſippus.	41	44
Phorbas.	31	34
Mecades.	30	32
Diogenetus.	28	30
Pheredus.	19	21
Ariphron.	20	22
Theſpieus.	27	27
Agamaneſtor.	20	20
Æſchilus.	23	23

Alexandri, archont.

Alexandri, Archontas annuos perpetua serie digessit. Eamquam seriem Thucidides & Xenophon cōprobāt. Hic enim magistratus annuos Olympiadis 93 edit, notato etiam Lunæ defectu: Anarchiam præterea scribit incidisse in Olympiadem 94. cuius annum primum, Solis lumen obscuratum, insignem reddit. Sic Thucydides bellum Peloponesiacum cœptum fuisse testatur magistratu Pythodori desiente, atque proxima æstate Solem defecisse sub meridiem stellis internitentibus. Phænomena congruunt ad vnguem ordinationi Diodori. Cuius tamen catalogum anno vno mutilatum esse demonstramus ex Ptolemeo. Hic duas ☽ defectiones prodidit sub Magistratu Phanostrati, quæ incidunt in annum 3. Olympiadis 99. Tertiam addidit Archonte Euandro, anno 4. eiusdem Olymp. At Diodorus Phanostratum adscribit anno 2. Euandrum anno 3. Olymp. 99. Lapsus esse videtur in Oligarchia siue Anarchia. cuius annum qui fuit primus Olympiadis 94. Athenienses non nominant: Et si Pythodorus eo anno Archon creatus fuerit, sed magistratum verisimile est gerere non potuisse, Repub. 30 tyrannis oppressa: Quibus grassantibus annus insequens exijt sine magistratu, vel si quis creatus est, huius nomen excidit, propter tyrannidem. Euclides itaque, quem Diodorus tribuit, anno 2. restituendus est in annum tertium. Olymp. 94. & archontes succedentes, anno vno posteriores collocandi: eoque modo conciliabimus Diodorum cum Phœnomenis, & Magistratibus à Ptolemæo notatis. Cæterùm frustra Diodorus laboris & operæ multum insumsit in Magistratibus Athenienſium cum Romanis Consulibus componendis. Nihil enim integrū sanum-ve reperias in vniuersa illa temporum Romanorum & Græcorum conciliatione, quæ tribus, quatuor, quinque, sex septem-ve annis ab harmonia nunquā non recedit. Non melior Diodoro Pausanias in temporibus ordinandis Olympiadum, & Archontum Athenienſium seriem non raro perturbat. Messenicum bellum finem habuisse scribit, Olymp. 14.ª anno primo, cum Hippomeni Archōti annus iam quartus exactus esset. At quartus Hippomenis annus debetur anno secundo Olym. 15. Archontes annui Athenis instituti sunt, anno 3. Olym. 24. Tlesias annuo Magistratu functus est, anno 4. eiusdem Olymp. hunc annum ad scribit Pausanias quarto 23ª. Olymp. Sic Miltiadis Magistratum tribuit Olympiadi 29. qui 28. debetur, ac paulo post eandem Olympiadem ritè coniungit cum Archimedis magistratu. Itaque videtur Pausanias tempora excepisse ex diuersis & dissentientibus annalibus. Enimuero quas condidissent

didissent Olympiadas Pisæi vel Arcades, eas Elei in suos annales non referebant: appellabant autem Anolympiadas. Atque inde fortasse potuit in annalibus oriri discrepantia. Illud in Thucydide animaduersione dignũ est, quòd anni belli Peloponesiaci, desinunt in hyemis exitu, cùm Archontes annum à Solstitio æstiuo, vt & Olympiades auspicarentur. Scribit enim Thucydides bellum cœpisse, cùm ex Pythodori Magistratu mensis vnus tantùm restaret. Tum Archidamum Spartæ regem non parum temporis contriuisse in exercitu cogendo & educendo, necnon in Enoës obsidione: qua tandem relicta, agros Atticæ incursasse, & vastasse fruges maturas: eaque æstate Solis lumen sub meridiem extinctum fuisse, stellis internitentibus. Hoc Solis deliquium cadit in tertium diem Augusti. Solstitium iam præterierat quo Pythodorus exierat Magistratu. Et quo tempore Sol defecit, Euthydemus Archon Athenis fuit. Similiter Xenophon Archontas confert cum Olympiadibus. Euctemonem adscribit Olympiadi 93. Anno eiusdem Olympiadis secundo Antigenem: Calliam tertio, quo Luna defecit occidua, Oct. die 10. Quarto Alexiũ, in cuius anni exitu muri longi à Lysandro ad tibiã diruti sunt. Deinde sequentem annum, inquit, in quem incidit Olympias 94. Archonte Pythodoro, Athenienses non nominant. Addit eodem anno Solẽ defecisse. Ex quo certissimũ temporis terminum statuimus. Sed Ptolemeus hanc quęstionem planissimè definit. Tradit D.am defecisse anno Nabo. 366. Thot 26. mense Possideone. Archonte Phanostrato. Annus est Mundi 3641. Decemb. d. 22. h. 18. Rursus eodem Archonte mense Scirrophorione. Annus est Mundi 3642. Iunij 18. hor. 7½. Tertio defecisse Lunam: Euandro Archonte, mense Possideone secundo h. 10. Hic videmus Phanostratum Archonta, mense Possideone & Scirrophorione, hoc est Decembri & Iunio: Euandrum Phanostrati successorem mense Decembri insecuto. Ex quibus efficitur necessariò Archontas æstiuo Solstitio Magistratum inijsse: & annos Archontum & Olympiadum eundem cursum tenuisse. Sed redeamus ad originem Athenienſium. Demophoontis initium cohæret anno Teutanij 32. Mundi 2789. A Demophoonte ad Cecropem censentur 376. Ablati ab annis 2789. relinquunt 2413. initium Cecropis Ægyptij. Vnde colligimus Cecropem Ægypto profectum in Atticam, quo tempore Israëlitæ à Pharaone grauissima tyrãnide opprimerentur, ante annos 17. quàm Moses nasceretur. Antiquissima est igitur Athenienſium origo.

Lacedæmonij originem repetunt à Lacedæmone Iouis filio: qui Eurotę vterino fratri & socero successit. Regionem de suo nomine Laconiam, vrbẽ

quam condidit, vxoris Spartæ nomine Spartam vocauit, quo tẽpore Erichtonius Vulcani filius annis ferè 100. post Cecropis aduentum in Atticam, rerum Athenis potiretur. Sed temporum seriem & filum abrupit *Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas.*

Macedones propter Philippum & Alexandrum, illustriores habiti sunt, ortum ducentes à Carano, Iphiteum sacrum superante annis tantum 36.

Anni Mundi	*Reges Athenienſium.*
2413	1 Cecrops Ægyptius, Biformis appellatus, Rex primus annis 50. Atticæ incolas in 12. oppida coëgit. Cecropiæ, quam postea Athenas appellauit, regnum instituit. Populum in tribus 4. distribuit. Cecropidem, Autochtonem, Actæam & Paraliam. Iudicium constituit in Areopago.
2463	2 Cranaus, Cecropis gener, regnauit annis 9. Tribuum nomina immutauit, Cranaidem, Atthidem, Mesogæam, & Diacridẽ appellauit.
2472	3 Amphyction Cranao socero suo pulso regnum occupauit. Cõsessũ Amphyctionũ ad Thermopylas cõstituit. Regnauit an. 10.
2482	4 Erichtonius Neptuni fil. Amphyctione exacto, regnum inuasit. Tribus 4. Diacridem, Athenaidem, Posidoniadem, & Hephestiadem appellauit. Panathenæa minora, & Canephoras virgines instituit. Eo regnante Sparta à Lacedæmone condita est. Regnauit annos 50.
2532	5 Pandion Erichtonii f. Tereo Traci, Martis filio, Procnen filiam collocauit. Hoc regnante Ceres & Dionysius in Atticam venerunt. Hic vitis, illa frumenti sationem docuit, vnde sacra vtrique instituta. Regnauit annos 40.
2572	6 Erectheus Pandionis fil. regnum, Butes frater sacerdotium Mineruæ & Neptuni adeptus est. Ab hoc Butadæ siue Eteobutadæ: ab illo Erechthidæ profecti sunt. Bellum Erechtheus gessit cum Eleusinijs. Hos juuit Eumolpus Thrax, quibus sacra Eleusiniæ Cereris, Mysteria dicta, tradidit. Ab eo Eumolpidæ appellati sunt. Erechtheus filiam in bello pro salute ciuitatis deuouit. Maiora mysteria Cereris Eleusiniæ Athenas induxit. Sacra Boëdromia instituit. Forum Prytaneum erexit. Tribus quatuor

quatuor nominauit, Agricolas, Armatos, Caprarios, Opifices. Regnauit annos 50.

2622 7 Cecrops minor Erecthei f. Rex ann. 40.

2662 8 Pandion minor Cecropis f. Rex ann. 25.

Dædalus faber insignis floruit.

2687 9 Ægeus Pandionis f. Rex annos 48.

Androgeo Minoïs Cretę regis filio insidiosè Athenis interfecto, Athenienses bello petuntur à Minoë. Eo in bello, Hyacinthi filiæ, placandi Numinis causa, mactatæ sunt. Theseus ab Ægeo patre ad pœnas Minoi victori ex lege dandas, in Cretam missus, Minotaurum in Labyrintho necauit, & Minoïs filias Ariadnam Phædramque abduxit.

2735 10 Theseus Ægei f. Rex ann. 30.

Helenam Tyndarei Spartæ regis filiam rapuit. Bellum cum Amazonibus ad Athenas gessit, earumque vnam Hyppolitā sibi despondit. Heraclidas ab Eurystheo Mycenarū Rege post Herculis patris obitum, Peloponeso ejectos, Athenis excepit. Athenarum vrbem auxit. Oschophoria, Metæcia, Panathenæa magna, & mysteria parua instituit. Populum in Eupatridas, Agricolas, & Opifices diuisit. Popularem Reipub. statum demonstrauit.

2765 11 Menesteus Erecthei pronepos: seditione in Theseum absentem Athenis excitata, regnū occupat, ope Tyndaridarum, Quorū sororem Helenam ille rapuerat. Cum cæteris Græcis ad Ilium profectus moritur. Regnauit annos 24.

2789 12 Demophoon Thesei f. Menestheo defuncto regnum paternum recuperauit. Palladium forum, & Ephetas, & Phreatrium solum instituit. Eius regni anno primo TROIA CAPTA EST. Regnauit annos 46.

2835 13 Oxyntes Thesei f. R. ann. 18.

2853 14 Aphidas Oxynthæ f. Rex an. 4.

Athenienſibus oraculum edit Iupiter Dodonæus, vt Spartanis parcerent, si quando supplices ad aras Eumenidum, & in Areopagum confugissent.

2857 15 Thymoëtes Oxynthæ filius nothus. Aphidante fratre interfecto, regnū occupauit. Vltimus è familia Erechthidarum. Re-

gnauit ann. 12.

2869 16 Melanthus Andropompi f. Messenius R. ann. 40.
Domo pulsus ab Heraclidis in Peloponesum reuersus, Athenas venit. Singulari certamine interfecit Xanthum, Boeotorum ducem, quibuscum Athenienses tum bellum gerebant. Ad regnum euehitur Thymoëte abdicante. Ab eo Melanthidarum familia ducta est. Apaturia sacra Athenis instituit.

2909. 17 Codrus Melanthi f. R. ann. 24.
Dores, qui Peloponesum incolunt, Athenienſibus, quòd Megara condidissent, bellum intulerunt; Athenienses, Codro rege duce, cùm se ex vaticinio quodam pro patriæ salute deuouisset, victoriam retulerunt. Spartani qui intra portas eruperant, ad aras Eumenidum se receperunt, & incolumes dimissi sunt. Primum fuit bellum cum Lacedæmonijs.

Archontes Athenienſium perpetui.

2933 1 Medon Codri filius, vt putatur, Archon primus annis 23.
Codro à Doribus interfecto, placuit Regum imperium imminuere, & referendis rationibus obnoxium reddere, neque reges in posterum, verum Archontes creare. Ex quibus Medon fuit, à quo Medontidæ.

2956 2 Agastus 39.
2995 Archippus 21.
3016 Thersippus. 44.
3060 Phorbas. 34.
3094 Mecades 32.
3126 Diogenetus. 30.
3156 Pheredus. 21.
3177 Ariphron. 22.
3199 Thespieus. 27.
3226 Agamenestor 20.
3246 Æschylus. 23.

Æschyli

3269 Æſchyli Archontis anno ſecundo. Iphitus ludos Olympicos inſtituit in Elide. Atque ex hoc tempore anni apud Græcos ex Olympiadibus digeri ac numerari cœpti à Solſtitio æſtiuo, menſe hecatombaëone.

3271 13 Alcmęon Æſchili f. Archon ann. 2. Eo vita functo placuit Athenienſib. vt Archontes in decenniũ tãtum obtinerent imperiũ.

Archontes decennales.

14 Charops Æſchyli f. primus Archon decennalis an. 10. Huiusanno 1. Olymp. 7. primo Romam conditam fuiſſe ferunt.

3281 15 Æſimedes Aeſchyli f. 10.

3291 16 Clidicus Aeſimedæ f. 10.

3301 17 Hippomenes. 10.

3311 18 Leocrates. 10.

3321 19 Abſander. 10.

3331 20 Eryx. 10. *Archontes annui.*

3341 Poſt Erycis magiſtratum, anno 3. Olymp. 24. Archontum decẽnalium imperio abrogato, ſumma rerum 9. Archontibus quotannis mandata eſt: Regi, Archonti, Polemarcho, & Theſmotetis 6. permiſſumque vt ab Archonte anni ſinguli nominarentur. Primus Archon annuus fuit Creon. Secundus Tleſias. Ab hoc tempore DEMOCRATIA incipit.

3402 Olymp. 39. ann. 4. Draco ciuis Athenienſis, primus leges populo & Democratiæ Athenienſi ſcripſit.

3429 Olymp. 46. an. 3. Solon Archon nouis tabulis inductis, ſeditionem, quæ propter æs alienum excitata fuerat, ſedauit, & Remp. nouis legib. temperauit, Draconis legib. prętерquam de cęde, ſublatis.

3457 Olymp. 53. an. 3. Piſiſtratus Athenis arce occupata, tyrannidẽ exercet. Anno inſequenti Solon annos 80. natus. diem ſuum obijt.

3506 Olymp. 65. ann. 4. Oſtraciſmus inſtitutus eſt.

3532 Olymp. 72. ann. 2. Darij copiæ, quas duce Dati in Atticam immiſerat, ab Athenienſibus profligãtur ad Marathonẽ, duce Miltiade.

34053 Olymp. 74. an. 4. Xerxes Sardib. mouet, trajicit Helleſpontũ, Atticã inuadit, pugnat ad Thermopylas, quo tẽpore 75. agon agebatur deinde ad Arthemiſiũ. poſt ad Salaminẽ. Fugit ſub tẽpus ſemẽtis

Iam à Xerxe ad exceſſum Alexandri, Archontum ſeriem cõtinuam hiſtoria profert apud Diodorum.

Anni Mundi	Olympiad.	Archontes annui.	
3543	75	Callias.	☉ defecit
		Xantippus.	Octob. d.
3545		Timosthenes.	2. sub me-
		Adimantus.	rid. & Cle
	76	Phædo.	ombrotũ
		Dromoclides.	perterrüit
		Acestorides.	
3550		Meno.	
	77	Chares.	
		Praxiergus.	
		Demotron.	
		Aphepsio, al. Phædo.	
3555	78	Theagenidas.	
		Lysistratus.	
		Lysanias.	
		Lysitheus.	
	79	Archidemides.	
3560		Tlepolemus.	
		Conon.	
		Enippus.	
	80	Phrasiclides.	
		Philocles.	
		Bion.	
3565		Mnesithides.	
	81	Callias.	
		Sosistratus.	
		Aristo.	
3570		Lysicrates.	
	82	Chærephanes.	
		Antidotus.	
		Eutidemus.	
		Pedieus.	
3575	83	Philiscus.	
		Timarchides.	
		Callimachus.	

		Archontes annui.	
	84	Lysmachides.	
		Praxiteles.	
3580		Lysanias.	
		Diphilus.	
		Timocles.	
	85	Myrrichides.	
		Glaucides.	
3585		Theodorus	
		Euthydemus	
	86	Nausimachus	
		Antilochides	
		Chares	
3590		Apseudes	☉ ♋
	87	Pythodorus	
		Euthydemus	☉ def. Au-
		Apollodorus	gusti. die
		Epaminõdas	3. anno 1.
3595	88	Diotimus.	belli Pelo-
		Euclides.	ponnesi.
		Euthydemus	
		Stratocles.	
	89	Lysarchus.	
3600		Amynias.	
		Alcæus.	
		Aristo.	
	90	Aristophilus.	
		Archias.	
3605		Antiphon.	
		Euphemus.	
	91	Aristomenetus.	
		Chabrias.	
		Pisander.	
3610		Cleocritus, al. Clearchus	
	92	Callias.	
		Theopompus.	

Glau-

Anni Mundi	Olympiades.	Archontes annui.
		Glaucippus.
		Diocles.
3615	93	Euctenio.
		Antigenes.
		Callias. D. def.
		Alexius.
		Pythodorus. ἀναρχία
	94	*** O defecit.
		Euclides.
3620		Micion.
	95	Exænetus.
		Lachez.
		Aristocrates.
		Ithycles.
3625	96	Lysiades.
		Phormio.
		Diophantus.
		Eubulides.
	97	Demostratus.
3630		Philocles.
		Nicoteles.
		Demostratus.
		Antipater.
	98	
3635		Pyrrhio.
		Theodotus.
		Misichides.
		Dexitheus.
	99	Diotrephes.
3640		Phanostratus. D def.
		Euander. D def.
	100	Demophilus.
		Pytheus.
		Nico.
3645		Nausinicus.
	101	Chabrias.

Archontes annui.
Chariander.
Hippodamus.
Socratides.
Asteus.
Alcitenes.
Phrasiclides.
Dysnicetus.
Lysistratus.
Nausigenes.
Polyzelus.
Cephisodorus.
Chio.
Timocrates.
Chariclides.
Molo.
Nicophemus.
Callimedes.
Eucharistus.
Cephisodorus.
Agathocles.
Elpinus.
Callistratus.
Diotimus.
Eudemus.
Aristodemus.
Thessalus.
Apollodorus.
Callimachus.
Theophilus.
Themistocles.
Archias.
Eubulus.
Lycifcus.
Pythodorus.
Sosigenes.

Anni Mndi	Olympiad.	Archontes annui.			Archontes annui.
	110	Nichomachus.	3695	113	Cephisophon.
		Theophrastus.			Euthicritus.
3685		Lysimachides.			Chremes.
		Charondas.			Anticles.
	111	Phrynichus. (mus.		114	Sosicles. OBITVS
		Pythodorus, al. Pythode-	3700		Agesias. Alexādri.
		Euænetus.			Cephisodorus. Cujus ca-
3690		Ctesicles.			Philocles. dauer A-
	112	Nicocrates.			ridæus anno 3. Olymp.
		Niceratus, al. Anicetus.			114. Babylone in Aegy-
		Aristophanes. (☽ def.			ptum magnifico sumptu
		Aristophon.			deportauit.

Lacedæmonij.

Lacedæmoniorum tempora admodum lacera & mirè deformata sunt. Anno 80. post Troiam captam 120. quàm Hercules ad Deos excesserat (ait Velleius) Heraclidæ reuersi in Peloponesum, Pelopidis expulsis, regno potiuntur. Horum primus Aristodemus anno 2. Alethis primi Corinthiorum regis, Tisameno Orestis filio Micenis regnante, solium occupat, authoribus Eratosthene, Diodoro, Velleio, Plutarcho, Pausania, Clemente, Eusebio. Annus 80. à clade Troiana incidit in annum Mundi 2869. Hinc ad finem belli Messenici per successiones regum numerant annos 382. vt promit catalogus hîc adscriptus. Cadunt in annum Mundi 3251. Atqui bello Messenico finis impositus est, si Pausaniæ credimus, anno 1. Olymp. 14. Mundi 3300. Desunt anni 50. quos iniquè subreptos de temporum ratione supra conquesti sumus. Præterea Teleclus primus in Messenios irruit, anno 2. Olympiad. 9. Mundi 3281. Occubuit in prælio. Successit filius Alcamenes, cuius regno tribuunt annos 36. Ergo

Reges Lacedæmoniorum ab Heraclidarum reditu in Peloponesum vsque ad exitum belli Messenici.

1	Aristodemus R. ann.	7.	17
2	Eurysthenes R. ann.	42.	52
3	Agis R. annis	50.	60
4	Echestratus R.	35.	45
5	Leobotes R.	37.	47
6	Doristus R.	29.	39
7	Agesilaus R.	44.	54
8	Archelaus R.	60.	60
9	Teleclus R.	40.	40
10	Alcamanes R.	36.	16
11	Polydorus.	2.	2
	Summa	380	432

go regnauerit post bellum Messenicum, quod per annos tantum 20. gestum est. Cui tamen finem imposuit Polydorus Alcamenis filius. Proinde non potuit Alcamenes regnare annos 20. nedum 36. Multa alia occurrent dissentanea, si cuncta sigillatim excusserimus. Sanè meritò quis existimauerit interregnum intercessisse, propter motus rerumque conuersiones, quas excitarunt Heraclidarum reditus, & regum Peloponensium ejectio. Quo tempore Athenis etiam regni status immutatus est, & post Codrum regem Archontes instituti, sed interregno, vt conjectura est, intercedente. Si quis interregna minus admittat, fateatur necesse est regum tempora supra modũ à Chronologiarum & Annalium structoribus decurtata & mutilata fuisse. Certè videntur isti concinnatores ex regum temporibus ab Aristodemo ad Archelaum, denos annos subtraxisse. His enim redditis, vt nos ex minimè vana, vt putamus, conjectura reddidimus, constabit harmonia temporum. Itaque licet vaga sint & dubia regum Lacedæmoniorum tempora, quia in temporum ordinibus ante Cyrum nihil certi nobis adfert historia profana, tamen propter vetustatis memoriam, illorum seriem & successionem subjicimus.

1 In Laconica Lelex indigena primus regnasse fertur.

2 Myles patri Lelegi successit.

3 Eurotas Rex.
Sparta nupta Lacedæmoni patruo.

4 Lacedæmon R.
filius Iouis, frater vterinus Eurotæ, eiusdemque gener. Successit fratri quo tẽpore Erichthonius rerum potiretur Athenis, sub annũ Mundi 2500.

5 Amyclas successit patri Lacedæmoni. Oppidum Amyclas condidit in agro Laconico.

6 Argalus R.

7 Cynortas R.

Perseus Argiuorum Rex.

8 Oebalus R.

Conjunx Gorgophone.

9 Hippocoon R. Victo Tyndareo fratre, regnum suscepit.

10 Tyndareus R. Pulso Hippocoonte, Herculis auxilio, post eum regnat.

Atreus.

Agamemnon Rex Mycenarum. Conjunx Clytemnestra.

11 Menelaus. Vxor Helena. Castor. Pollux. Mortuis Tyndaridis, regnum Menelaus adeptus est, quia gener esset Tyndarei.

12 Orestes Rex.

Conjunx ::::::: Menelai filia.

Patrio Mycenarum regno pulsus, regnum Lacedæmoniorũ occupauit.

13 Tisamenus. Penthelus,

Pulsi sunt ab Heraclidis. Qui in Peloponesum Oxylo duce reuersi sub annum mundi 2869. Messenam, Argos, & Spartam in suam potestatem redegerunt. Messena Melanthus ejectus, Athenas concessit, & regnum Atheniense obtinuit. Heraclidę sortes duxerunt, Cresphonti Messena obtigit: Argi Temeno: Sparta Eurystheni & Procli, filijs Aristodemi nuper defuncti. Itaque Sparta duarum familiarum principibus paruit.

Hercules.

Hyllus.

Clodeus.

Aristomachus. Anassa nupta Pyrro Achillis f. Autesion abnepos Polynicis Oedipi filij.

Cresphontes. Vxor Merope Cypseli Arcadiæ R. filia.

Æpytus. A quo Æpytidæ qui antea Heraclidæ.

Glaucus.

Temenus. Ex quo genus duxit Caranus Rex Macedoniæ.

1 Aristodemus R. Lacedæm. annis 17.

Conjunx Argia. Theras.

2 Eurysthenes. R. Spartæ

2 Procles. R. Spartæ.

Glaucus.

Isthmus.

R. Spartę annis 42.

3 Agis R.ann.60. A quo Agidæ dicti sunt posteri Eurysthenis.

4 Ercheſtratus R.ann.45.

5 Leobotes R.ann.47.

6 Doryſtus, qui Doryagus Herodoto dicitur, R.an.39.

7 Ageſilaus R.an.54.

8 Archelaus R.ann.60.

9 Teleclus R.ann.40. Bellum intulit Meſſenijs, propter virgines Lacęnas in templo ſtupratas.

10 Alcamenes R.ann. 16. Bellum Meſſenicum, in quo pater occubuerat, perſecutus eſt, cũ Theopõpo Nicãdri f. Iurarũt Lacedęmonij ſe domũ nõ reuerſuros, niſi confecto bello. Et remiſſa domum non jurata juuentute, permiſſoq; omnium fœminarum concubitu, prolem eorũ propagarunt, qui Parthenię dicti ſunt: & poſt an.30. duce Phalanto, Tarentum in Italia occuparunt.

11 Polydorus R.ann.2. Cum Theopompo regni partem traduxit. Et cum eodem, bello Meſſenico finem impoſuit, Ithome Meſſeniorum arce

R. Spartæ. A quo Proclidæ.

3 Soüs Proclis f.

4 Eurypõ. A quo Eurypõtidę dicti ſunt posteri Proclis.

5 Prytanis.

6 Eunomus.

7 Philodectes.

8 Charilaus. Lycurgus cũ tutor eſſet Charilaï, leges ſcripſit Lacedæmonijs.

9 Nicander R.an. 48. Hujus annus 34. concurrit cum anno primo agonis Iphitei.

10 Theopompus. Ephoros inſtituit. Obijt in exitu belli Meſſenici, ann. 1. Olymp. 14. Mundi 3300.

ce excisa, anno 1. Olymp. 14.

12 Eurycrates R.

13 Anaxander R. Anaxandro & Zeuxidamo regnantibus, Messenij à Lacedæmonijs defecerũt, anno 39. post Ithomen excisam. Belli dux fuit Tyrtæus poëta claudus, Messenij Peloponeso exacti.

14 Eurycrates R.

15 Leon R.

16 Anaxandrides R. Duas vxores eodẽ tẽpore 1°. ex Lacedæmonijs habuit. Vnde soboles illi duplex.

Ex priore.

Dorieus. 18 Leonidas R. Cleombrotus.

Prælio aduersus Persas occubuit ad Thermopylas, anno 1. Olympiad. 75. ineunte.

Pausanias Plistarchi tutor.

19 Plistarchus R. Huius tutor Pausanias patruus. Mardonium ad Plateas vicit. In ipso regni initio diem suum obijt.

20 Plistonax Pausaniæ f. Cleombroti N. R. an. 68. Huius tutor fuit Nicomedes Cleomenis f.

Ex altera.

17 Cleomenes R. natu maior, cui regnum cessit. Argiuos prelio fudit. Hippiam Pisistrati f. tyrãnum Athenis ejecit. Demaratum regno spoliauit, Delphica vate corrupta. Obijt sine liberis.

11 Zeuxidamus Archidami f. Theopompi N.

12 Anaxidamus.

13 Archidamus.

14 Agasicles.

15 Aristo R.

16 Demarat° R. pulsus à Cleomene, ad Darium cõfugit. In eius locũ suffectus est

17 Leotychides Menaris filius Cum Xantippo Atheniẽsiũ duce, Persas vicit ad Micalẽ. Zeuxidamus f. obijt viuo patre.

18 Archidamus Zeuxidami f. Leotychidis N. R. an. 42.

Eo

21 Pausanias Plistonactis f. R. an. 14. Lacedæmonij cum Athenienſibus fœdus faciunt in annos 50. ann. 10. belli Peloponeſiaci, 3 Olymp. 89.

22 Ageſipolis R. ann. 14. Tutor Ariſtodemus, bellum geſſit cum Argiuis, & cùm Olynthijs bellum pararet, exceſſit è viuis.

23 Cleombrotus R. ann. 9. Tutor ei fuit Ariſtodemus. Prelio ad Leuctra occubuit, ann. 2. Olymp. 102. Mũdi 3652.

24 Ageſipolis. R. anno 1.

Acrotatus. Patrem reliquit ſuperſtitem.

26 Areus Acrotati f. R. ann. 44. Cleonymum patruũ de regno cõtendẽtem ſuperauit. Cleonymus iratus Pyrrhum euocauit.

27 Acrotatus. R.

28 Areus minor R. Mortuus eſt annũ agens 8m.

25 Cleomenes. R. ann. 61.

Cleonymus. Pyrrhum Aeacidæ fil. intra fines induxit, & Lacedæmonem propè cepit.

29 Leonidas Cleonymi fil. Cleomenis n. ſucceſſit Areo minori grandis admodum natu.

Eo regnante bellum Peloponeſiacum initum eſt.

19 Agis. R. an. 42. Rupto fœdere annorũ 50. irrupit in Atticam & Deceliã cepit.

Leotychides nothus, regno pulſus eſt ab Ageſilao.

20 Ageſilaus. R. ann. 40. Bellum cũ Artaxerxe geſſit, & Tiſſapherne magno prælio fudit. A ſuis reuocatus vt opem patriæ ferret, per Bœotios iter fecit, vbi Sol ei bicornis apparuit, autore Plutarcho, anno Mundi 3628. Auguſti die 14. ho. 3. ante meridiem ☉ defecit digit. 10.

Ciniſca. Prima fœminarum equos aluit. Prima Olympicã palmam tulit.

21 Archidamus R. ann. 23. Phocenſes bello ſacro adjuuit. Exceſſit in Italia, cùm auxilio eſſet Tarentinis. Quo die ad Ceroneã ab Athenienſibus cum Philippo pugnatum eſt.

22 Agis R. an. 9. Adfuit Dario ad Iſſum ſuperato.

23 Eudamidas R. Viuo adhuc Alexãdro regnũ inijt.

:::: Filia.

30 Cleombrotus. Leonidæ gener, Rex factus est in locum Leonidæ soceri regno eiecti. Leonidas à suis reuocatus, generũ regno exegit.

31 Cleomenes Rex, Eurydamidam ex altera familia regẽ veneno sustulit. In cuius locum Epiclidam fratrem suum nouo exẽplo substituit, primique ex eadem familia duo reges vnà regnarunt. Ephoros sustulit, & bonorũ æqualitate inducta, veteres leges ac Remp. restituit. Achęis bellum intulit. Prælio victus est ad Sellasiam, Arato Sicyonio duce. Epiclidas in pugna cecidit. Cleomenes in Ægyptum profugit, ad Euergetem, vbi cùm Aegyptios aduersus regẽ Philopatorem cõcitasset, deprehensus, mortẽ sibi consciuit. Post quem Lacedæmonij regum imperium repudiarunt.

32 Epiclidas Rex substitutus à Cleomene in locũ Eurydamidę.

24 Archidamus R. cum Demetrio Poliocte, pręlio vno & altero commisso, vrbem & imperium penè amisit.

25 Eudamidas R.

26 Agis R. Cùm legem ferre de tollendis æris alieni tabulis, & agris diuidendis in animum induxisset, ab Ephoris in carcere necatus est.

27 Eurydamidas R. veneno sublatus est à Cleomene adhuc impubes. In cuius locum suffectus est Epiclidas, Cleomenis frater ex altera familia.

Lacedæmonij regibus liberati sunt paulò ante Annibalis in Italiam aduentum. Regnarunt Aristodemi nepotes, ab Heraclidarum in Peloponesum reditu, ad Cleomenis exitium, annos plusquam 30. supra 900.

Heraclidarum reditus in Peloponesum debetur anno Mundi 2869.
Philopatoris Aegyptii initium sub quo Cleomenes interiit 3803.

Macedones.

Macedones.

Caranus Argiuus decimus-ſextus ab Hercule, duodecimus à Temeno (quem cum Creſphonte & Ariſtodemo fratribus Meſſenē Argos & Sparten in ſuam poteſtatem redegiſſe, in Lacedæmonijs diximus) nouas Apollinis oraculo ſedes in Macedonia quærere juſſus, cum magna Græcorum multitudine eò transmigrauit. Regulos ibi dominantes debellat, & regnat annos 28. inauguratus anno mū-
3210 di 3210. ante annos 37. quàm ſacer agon inſtitueretur ab Iphito, ante Chriſtianam Epocham 813.

3238 2 Poſt quem Cœnus regnat annos 12.
3250 3 Tyrinnias R. annos 38.
3288 4 Perdiccas R. 51.
3339 5 Argæus. 38.
3377 6 Philippus. 38.
3415 7 Æropus. 26.
3441 8 Alcetas. 29.
3470 9 Amyntas. I. 50.

3520 10 Alexander I. ann. 43. Diues appellatus. Legatos à Megabazo miſſos, qui à patre Amynta peterent Dario dari terrā & aquam, interfecit. Placat deinde Megabazum per Bubarem, collocata huic ſorore Gygęa. Itaque Darij tēporibus pacem habuit, & Xerxi ſe adjunxit. Græcos tamen beneuolentia perſecutus, illis Mardonij conſilia retexit. Tantis opibus affluit, vt Apollini Delphos, Ioui Elidē, ſtatuas aureas miſerit. Muſicæ ſtudioſus. Pindarum lyricum fouit.

Gygea nupta Bubari Perſæ, Megabazi f.

Aridæus.

Derdas. Pauſanias. Iuuarunt Philippum contra Perdiccam 2.

3563 11 Perdiccas 2. Regnauit ann. 28. Spoliat fratres regni partibus. Hippocratem medicum familiariſſimum habuit. Vxor fuit Cleopatra. Concubina Simiche fratris Alcetæ ſerua.

Alcetas.

Alexander.

Philippus Θερράλεος. Bellū intulit Perdiccæ fratri, à quo repulſus eſt.

Stratonice nupta Seuthæ Odryſarum Regi.

Cleopatra vxor. — Simiche concubina.

3591 Filius ab Archelao tutore necatus. — 12 Archelaus 1. an. 24. Alecta & Alexandro filio sublatis, & Cleopatræ filio in puteũ dejecto, regnum occupat. Coluit Euripidem Tragicum: Herodotum & Hellanicum historicos.

3615 3622 13 Archelaus 2. Regnauit post patrem ann. 7. — 14 Orestes R. occisus ab Aeropo tutore.

15 Aeropus 2. Temenida, Orestis tutor, quo trucidato imperauit ann. 6. Pepigit fœdus cum Agesilao Lacedæmonio.

3628 16 Pausanias Rex an. 1. pulsus est ab Amynta. — Alexander.

♣ Philippus Θαρράλεος. — Archibæus Lynceſtarum Rex.

Irrha. Aridęus.

3629 17 Amyntas 2. R. an. 24. Pausaniam regno expulit. Vxores habuit Gygeam. Eurydicen. — Illyriam concubinam, ex qua liberos habuit.

Archelaus. Argæus. Menelaus. A Philippo extincti sunt.

3653 18 Alexandrũ 2. qui post patrem regnauit anno vno. Oppugnatus à Pausania, defenditur ab Iphicrate. — Ptolemæum. Α'Γωρίτλω. A — Perdiccam 3. B — Philippum 2. C — Euryonem. Hęc detegit patri, matris Eurydices insidias, quę marito ipsius nuptura occidẽdum virum, regnumque adultero tradẽdum susceperat.

3654 19 [a] Ptolemæus Alorites sub Alexandro fratre rerum summam administrat, deinde regnum occupat annos 3.

Philoxenus à patre datus obses Pelopidæ Thebano.

3657 20 [b] Perdiccas 3. successit Alexandro fratri annis 5.

Amyntas

Amyntas. Fuit ſub tutela Philippi patrui, & ab eo Cynæ filiæ nuptijs honoratus. Alexandro Philippi filio inſidias parat, cæde hujus regnum occupaturus. Quibus detectis pœnas luit.

Eurydice, à matre Cyna militaribus artibus erudita, nupſit Aridæo auunculo. Caſſandrum flagitiosè cognitum ad ſummũ faſtigium euexit. Capta cum marito ab Olympiade, & mori juſſa, laqueo vitam finiuit.

3662 21 [c] Philippus 2.R.an.25. Obſes obſeruatus à Thebanis, ad omne virtutum genus informatur apud Epaminundam.

Vxores ei fuerunt

Olimpias. filia Neoptolemi regis Moloſſorũ, ex Aecidarum genere.	Andata Illyria. Cyna. Nupta Amyntæ. Animo virili exercitum duxit. Interempta eſt à Caſſandro.	Phila.	Meda. Cytalę Thracis filia.	Cleopatra. Hippoſtrati & ſororis Attali filia.
			Europa.	Caranus natus paulò ante Philippi cædem. In pelui ænea ignibus accẽſa ad mortem cruciatus eſt ab Olympiade.

3688 22 Alexander 3. Magnus, regnauit an.12. ♣ Cleopatra. Nupta Alexandro auunculo. Quo occiſo, cùm multi eam in connubium ambirent, Antigoni juſſu Sardibus interficitur. Philippus pater in Cleopatræ nuptijs, cùm inter 12. deos incederet, occiſus eſt.

Concubinæ Philippi fuerunt hæ tres.

Arſinoë, Quæ ex Philippo prægnans traditur Lago, apud quem peperit Ptolemæum Aegypti regem.	Phylinna, ſaltatrix Lariſſęa. Ex qua	Niſicapolis Phęrea Iaſonis tyrãni ſoror. Ex qua Theſſalonice nupta Caſſandro, ab Antigono interfecta.

3701 23 Aridęus. Alexandri Babylone ſucceſſor. Regnauit annis 6 $\frac{1}{3}$. Reuerſus in Macedoniam excarnificatur ab Olympiade. Temenidarum poſtremus.

♣ Alexandro Magno quatuor fuerunt conjuges.

Barsine.	Roxane.	Parysatis.	Statyra.
Artabazi f.	Oxyarthæ f.	Ochi f.	Darij Codomani f.
Hercules. Anno ætatis 17. perfidiosè trucidatur à Polysperchonte, dolis Casandri.	Alexander captus à Casandro cum auia & matre veneno necatur.		

Ex 365. Alexandri concubinis hę memorantur.
- Pancasta.
- Thaïs Attica. Quæ postea nupsit Ptolemæo Lagidæ.
- Campaspe. Quam concessit Alexander Apelli pictori. A quo solo pingi voluit, vt fingi à Lysippo.
- Cleophis Regina Megazarum. Ex qua susceptus Alexander Indorum Rex.
- Thalestris, Amazonum Regina.

Alexandrum in lucem editum ferunt, Olympiade centesima sexta, mense hecatombæone. Quo die Tẽplum Dianæ Ephesi cõflagrauit, & Philippus nuncium accepit victoriæ Olympicæ. Excessit Olympiade 114. Plutarchus ex diarijs excepit interijsse 28. Desij, hoc est sub exitum Iulij mensis, quod Iustino congruit, qui mensem vnum supra annos integros vixisse prodidit. Sed vitæ tribuit annos 33. Quod peccatum ex vitiosa annalium interpretatione manauit, in quibus cum relatum esset, anno ætatis 33. excessisse, putarunt exegisse annos 33. cum supra annos 32. mensem tantum superuixerit. Itaque obitus Alexandri temporis meta certissima est, ad quam numerat à Nabonassare Ptolemæus annos 424. Ægyptios, tum desinentes in 11. Nouembris. Annus fuit ab initio rerum 3699. Ab initio Carani, regni Macedonici fundatoris 490. Ante Christianam Epocham 324. Daniel Prophetarum summus capite vndciemo vaticinatus est, Alexandri imperium ad suos hæredes minimè peruenturum, sed in regna quatuor dilaceratum iri. Ac in plura quidem dissectum fuit, sed quatuor mundi plagas Propheta respexit, & præcipua fuere regna quatuor. Syriacum, Asiaticum, Macedonicum, Ægyptium. Syriam tenuit Seleucus: Asiam, Antigonus:

Antigonus: Macedoniam Antipater: Ptolemæus Ægyptum. Seleucidarum & Ptolemæorum, qui Lagidæ dicti sunt, tempora seriem perpetuam seruant, quam libro primo digessimus. Aliorum Alexandri successorum tempora ex rebus gestis prope coniectari licet, cum inter Macedonas, Seleucidas, atque Lagidas bella perpetuo fuerint, quoad eos Romanorum potentia domuerit. Sanè Macedonum exitium, non minus quàm Alexandri exploratum est. Quorum dominatum Perseus terminauit. Cuius cladem Lunæ obscuratio nobilem reddidit, quæ valde atra conspecta est in castris L. Pauli Æmilij ad Pydnam Macedoniæ, ea nocte quam pugna secuta est; qua Perseus ab Æmilio superatus & captus est, anno V.C. 585. Mundi 3855. ante Christianam metam 168. Iunij d. 21. feria 3. h. 8. 24. post merid. defecit digit. 15. Liuius tamen pugnam ad scribit prid. Non. Septemb. Sed Liuius aliud Vrbis principium secutus est, quàm marmora Capitolina edant, & anni modo vtitur à Numa, ex Magiæ superstitione, aduersus cœli omniumque gentium iura stultè ordinato. Tempus ab Alexandri interitu ad Persei casum annorum est 156.

Antipatri Macedonis familia.

Iolaus, siue Iulius Macedo ex vrbe Paliura.

Antipater.

Militauit Philippo aduersus Athenienses. Ab Alexandro Græciæ & Macedoniæ præpositus, easdem retinuit post obitum Alexandri. Athenienses ad Cranonem vicit, & præsidio coërcuit, deiectis Oratoribus Demosthene & Hyperide. Hunc iugulauit execta prius lingua: illum mortem sibi veneno adferre coëgit. Eurydicen reginam Aridæi vxorem res nouas molientem repressit. Obiit anno sexto ab Alexandri excessu, Olympiadis 115. anno 2. Aristotelis fuit discipulus. Epistolas & historias conscripsit: Quæ huius fuerit vxor ignoratur.

Casander.

Huius filia Antigone; ex qua Berenice, patre incerto. Nupsit Berenice Philippo cuidam Macedoni, deinde Ptolemæo Lagi filio. Peperit Philippo Magam Cyrenarum Regem, & Antigonen nuptam Pyrrho Aeacidę. Ptolemęo verò enixa est Ptolemæum Philadelphum.

✻ Cassander.
Cariæ Satrapiæ præfectus à Perdicca, patris eam beneficio retinet, & Tribunus adiungitur Antigono. In Alexandri domum odium effudit. Olympiadem interfecit. Alexandrum postumum veneno sustulit. In Herculis necem Polysperchontem induxit. Atque ita Philippi posteritate deleta, Macedoniam sibi vendicauit. Thebas ab Alexandro deletas instaurauit. Perijt intercute. Regnauit annos 18.

2 Phila.
Nupta Cratero, deinde Demetrio Poliorcetæ. Eximia virtute fœmina prædita. Cùm Demetrium regno Macedonię spoliatum, militum defectione, aspicere non sustineret, hausto veneno vitam sibi eripuit.

3 Alexarchus.
Condidit Vranopolim, & nouum idioma introducere conatus est.

4 Philippus.
Iuuit necem Alexandri Magni. Aeacidem Molossum acie victum occídit, & Aetolos debellauit.

✻ Antipatri Iolao nati liberi

5 Iolaus.
Pincernarum princeps apud Alexandrum, quem necasse creditus est consilio & jussu patris.

9 Eurydice.
Nupta Ptolemæo Lagi filio.

7 Nicæa.
Nupta Lysimacho. Nicææ Bithyniæ vrbi nomen de se reliquit, quæ Antigona antea vocabatur.

8 Plistarchus.
Præfectus equitatui & militi conductitio. Infelix equestri & nauali certamine.

9 Nicanor.
Occisus ab Olympiade.

10 Agathon.
A Cassandro datus obses Antigono.

✻ Cassander Antipatri f. Cariæ Satrapa, vxorem habuit Thessalonicam. Philippi Amynthæ notham. Ex qua ei nati sunt

Philippus. Patri successit in regno, sed mox tabe interijt Olymp. 120.

Antipater. Regnum diuidit cum Alexãdro fratre, & matrẽ perosus, quòd plus ei, quàm sibi beneuolentiæ impertiret, sua eam manu obtruncat. Idcirco bello ab Alexandro fratre petitus, cõfugit ad Lysimachum socerum, cuius filiam Eurydicen duxerat. Inde jussu Lysimachi interimitur.

Alexander. Matris cædem vindicaturus, euocat in Macedoniam Pyrrhum & Demetrium. Hunc cum tollere studeret ab eo trucidatur, arrepto Macedonię regno. A quo pulsus est à Lysimacho & Pyrrho, anno Mundi 3732.

Antigoni familia quæ postrema in Macedonia regnauit.

Philippus Macedo è Temenidarum genere, cuius majores ignorantur, conjugem habuit quam prius duxerat Priander.

Cui enixa est Marsyam. Qui cum Alexandro Magno educatus est. Scripsit Macedonica libris 10 Attica 12.

Philipppo autem

Antigonum. Hic dictus est μονοφθαλμὸς & κύκλωψ. Sub Polysperche primum stipendia fecit, & latrocinia exercuit. Postea duxit ordines sub Philippo & Alexandro. Phrygiæ præpositus, inito fœdere cum Antipatro, Cratero, & Ptolemæo aduersus Perdiccam, hoc à suis in Ægypto jugulato, summũ regiarum copiarum obtinuit imperium: & Eumenem Argyraspidum proditione captum occidit. Inde Argyraspidum perfidiam vltus omniũ internecione, primus ex Alexandri ducibus Rex salutatus est. Prælio jaculis confossus interijt, cùm solus Monarchia potiri vellet, anno 4. Olymp. 119. natus annos 80. Vxor ei fuit Stratonice Corrhæi filia. Ex qua nati sunt

Demetrium. Huius sepulturam cõmemorat Diodorus lib. 19.

Ptolemæ°. datus est obses Eumeni ab Antigono patruo. A quo defecit ad Cassandrum & Ptolemæum. Ab hoc cicutam bibere compulsus est.

Dioscorides præpositus classi ab Antigono.

Demetrius πολιορκήτης. Patrem juuit aduersus Ptolemæum, quem prelio nauali vicit ad Cyprum. Græciam seruitute liberauit. Cum Seleuco affinitatē contraxit. Alexandrum Cassandri f. sibi insidias molientem occídit, & regnum Macedonicum ad se transtulit. Inuasurus Asiam, vt paterna regna recuperaret, imparatus adhuc opprimitur à Pyrrho & Lysimacho, anno 4. Olymp. 122. Et aliquanto post coactus est se dedere Seleuco genero suo, à quo triennium aduersatus est captiuus ad mortem vsque.

Philippus.

A patre missus est in Hellespontum, vt contra Phœnicē Ptolemæi patruelis ducem bellum gereret, maturè obijt in Phœnicia.

Conjuges Demetrij πολιορκ.

1 Phila.

2 Illyria quædam. ἀνώνυμος.

Demetrius tenuis.

Antigonus Gonatas. Patrem captū à Seleuco liberare omni studio, seque obside conatus est. Rejectus pacem cum Antiocho Seleuci filio confirmat, & Macedonia recepta regnat annis 36.*

Stratonice Nupta Seleuco Nicanori, ab Antiocho priuigno adamata.

3 Ptolemaïs. Ptolemæi filia.

Demetrius. Rex Cyrenarum. Euocatus Cyrenen ad connubium, Berenices Magæ regis fil. interficitur in Arsinoës reginę concubitu, Sponsa percussores ei immittente.

4 Deidamia. Pyrrhi f.

Alexander.

5 Euridice proneptis Miltiadis.

Chorrabus.

Concubinæ Demetrij Poliorcetæ.

1 Lamia. Cleanoris f. tibicina.

2 Lamia Athenienſis.

3 Leæna Athenienſis.

4 Damo Mania.

* Antigoni Gonatæ

Coniunx. Phila.

Demetrius 2.

Recuperauit Macedoniam ab Alexandro Epirota patri ademptam, à cuius obitu regno potitur ann. 10.

Deme-

Concubina. Damo.

Alcioneus. Adiuuit Argiuos contra Pyrrhū, cuius caput ad patrem attulit. qua de re grauissimè obiurgatus est a patre

Demetrij 2. conjuges duæ.

1 Nicęa. Soror Antiochi Dei Syriæ regis. Iustino.

Pythia Alexandri Epirotæ f. Pyrrhi neptis.

Philippus.

Antigoni tutoris obitu regnum recepit, cui præfuit annis 42. Fœdus inijt cum Annibale, Demetrij Pharij hortatu. Lacessit Ætolos, & Romanorum, quos Ætoli sibi adjunxerant, bellum attrahit. Athenienses ab Arato, post Demetrij 2 obitum, liberatos Macedonum dominatu, latrocinijs infestat. Hi Romanos accersunt, à quibus victus, Græcorum ciuitatibus multatur, quas in Asia & Europa tenuisset: præterea classe, & talentis 1000. Quæ pecunia ei remissa est T. Quinctij suasu, cujus opera & societatem cum Romanis, & Demetrij filij, qui obses datus erat, reditum impetrauit. Inde cum Romanis aduersus Antiochum magnum pugnat. Post odio contra eos concepto, bellum inferre parantem, mors occupat, Persei scelere interturbatum; à quo Demetrium filium falso accusatum necari iusserat. In leuissimis ducebat noxis hominem veneno tollere. Rex Citiorum nominatur, vt & Perseus filius, 1. Machab. 8.

tte. Interijt in bello.

Antigonus. Huic cognomen Tutor. καὶ Δόσον ᾧ Εὐεργέτης. Philippo impuberi datus tutor moderatione sua Rex Macedonũ creatur, regnatq; annos 15. Nam Philippi matrem duxerat in vxorem. Cleomenem Lacedæmoniorum Regẽ, accitus ab Arato Sicyonio, Græcia expulit. Spartam in potestatem suam redegit, & Lacedæmonijs leges ac Remp. reddidit. Inde regressus in Macedoniam, Barbaros, qui eam interim depopulati fuerant, ex improuiso adortus, expellit.

Echecrates.

Antigonus. Edocet Philippũ de Persei in Demetrium insidijs Ideo regni successioni ab illo destinatus, nefariè à Perseo occiditur.

Philippi liberi.

Perseus. Parricidio & fraude regnum adeptus, regnauit annos 10. Coniugem sua manu iugulauit. Victus est à L. Aimilio Paulo, anno ab Alexandri interitu 156. Mundi 5855. Iunij die 22. feria 4. Ante Christianam Epocham 160.

Demetrius, obses Romæ datus. Vnde reuersus, à Perseo veneno tollitur.

Filia ἀνώνυμος. nupta Prussiæ regi Bithyniæ.

Nocte quæ eum diem præcessit Luna lumine defecerat. Captiuus Romam in triumphum abductus est, cum tribus liberis, Philippo, Alexandro, & Filis. Hæc & Philippus in carcre perierunt. Alexander tornandi artificium didicit, & Romanis literis imbutus Magistratibus se Scriptorem solertem & gratiosum præbuit.

Lysimachi, qui Macedoniæ Regnum tenuit, familia.

Agathocles Pellæus.

Lysimachus. Custos corporis Alexandri. Leonē quo cum in cauea fuerat inclusus, arrepta lingua exanimat. Prępositus est Thraciæ post obitum Alexandri. Belli societatem iniit cum Cassandro adūersus Antigonum. Huiusque exemplo regium nomen sibi vendicat. Demetrium Macedoniæ regno expellit, Pyrrho & Antigono Gonata deuictis, quo potitur annis 5. Cum Seleuco congressus magna clade accepta in prælio occumbit natus annos 74. Olympiade 124. Tum Seleucus Macedoniæ regnum occupat. Eo per insidias interfecto, Ptolemæus Ceraunus Macedoniam inuadit, anno 2. Olymp. 124.

Philippus. Alexandrum comitatus ad Indicam expeditionnm, cùm à suis desertus esset, in Naura regione fortiter defendit aduersus Barbaros viribus deficientibus manibus regis exceptus extinguitur.

Coniuges Lysimachi.

Mecrida Odrysias. Ex qua

Agathocles. Dolis Arsinoës nouercæ veneno extinctus. Coniunx Lysandra, Ptolemæi Lagi f.

Alexander. Territus crudelitate patris profugit cum Lysandra ad Seleucum.

Arsinoë nupta Ptolemæo Philadelpho

Nicæa. Antipatri f.

Euridice. Nupta Antipatro Cassādri f.

Arsinoë. Ptolemæi Lagi f. Ex qua nati sunt

Ameſtris Oxyatris filia, fratris Darii Codomani.

Ptolemæus. Lysimachus. Philippus. Occisi à Ptolemæo Cerauno auuncu lo in oculis matris, quam is paulo ante in vxorem duxerat.

Euergetes. Laodice. Bernice.

Pyrrhi

Pyrrhi Epirotæ genus.

Hercules genuit Hyllum. Hic Clodeum, Clodeus Anassam. Quam Neoptolemus qui & Pyrrhus, id est Rufus, dictus est, Achillis filius, duxit in vxorem. Molossis imperauit. Interiit Orestis insidiis.

Pyrrho nati sunt ex Anassa

Piales. Patri successit, & inde per ordinem Regnum ad Tharrytam descendit, decimumquintum ab Hercule. Primus, Græcis moribus & literis imbutus, humanis legibus vrbes composuit: cùm primi illi reges barbari & ignobiles fuerint.	Pyrrhus.	Filię aliquot, quæ viris principibus cõnubio iunctę sunt.

Tharrytas
|
Alcetas } Thesprotis & Molossis imperarunt.
|
Arybas

Hic Senatum & annuos Magistratus instituit, & Reipubl. formam primus composuit. Vxor ei fuit Troias.

Ex qua suscepti sunt

Neoptolemus.	Alexander Post Neoptolemũ regnũ Epiri tenuit. Bello in Italia gesto, interiit in Brutiis.	Æacides. Post Alexandri fatum regno potitus est. Cùm patriam bellis attriuisset, in ciuiũ offensam incurrit, & ab iis in exilium actus est. Coniunx ei fuit Phthia.
Olympias nupta Philippo.		Ex qua
Alexãder Magnus		

Pyrrhus. Bimulus cùm pater à Molossis regno pulsus est, Furtim subtractus ad Glaucum Illyriæ regem defertur.	Deidamia. Alexandro Roxanæ filio desponsata est. Deinde nupta Demetrio Poliorcetæ.	Troias.

A quo educatus est, & annum agens 12. in regnum restitutus vnde à suis

eiectus, Cum annorum esset, 17. ad Demetrium leuirum concessit. A quo datus obses Ptolemęo in Ægypto, Berenices gratiam sibi conciliauit, eiusque filiam Antigonen, quam ex Philippo susceperat, antequam vxor Ptolemæi fieret, in matrimonium duxit. Postea Demetrium Macedoniæ regno spoliauit, quo mox exutus in Epirum se recepit. Inde à Tarentinis accitus aduersus Romanos bellum gessit per sexennium, eosque primus elephantis terruit, Ab ijs nihilominus victus est, anno ab Alexandri obitu 49. mundi 3748. Siciliæ rex à Siculis appellatus. Sed ijs non multo post deficientibus, in Epirum redijt, & Macedoniæ regnum rursus inuadit, Antigono pulso. In Spartanos deinde mouet, in quorum expugnatione Ptolemæum filium amisit. Ipse mox dum Antigonum Argis clausum expugnat, saxo de muris à muliere iactato opprimitur.

Coniuges ei fuerunt

Antigone. Philippi & Berenices filia. Ex qua Ptolemæus regni custos à patre relictus, annos natus tantum 15. dum pater Tarentinis adesset, in oppugnatione Spartæ interiit.

Filia Autoleõtis Pãnoniæ Regis.

Filia Ptolemęi Cerauni.

Bircenna. Bardyllij Illiorũ reg. f. Helenus in Sicilię regnum à Pyrrho destinatus.

Lanassa. Agathoclis Syracusarum regis filia. Quæ relicto Pyrrho, quòd Barbaris quã sibi esset addictior, Demetrio se connubio junxit, susceptis antea duobus ex Pyrrho liberis.

Alexandro.
Hic Locris relictus est, dum pater Siciliam munit, quę ei se dediderat. Postea Italiæ regnum ei destinatum à patre. Vxor

Olympiade.
Quam frater Alexander in vxorem duxit. Quo amisso ad Demetrium Gonatæ filium decurrit, quẽ regno Macedoniæ Pyrrhus expulerat.

Olym-

Olympias soror, ex qua suscepti sunt

Pyrrhus. Patri successit.	Ptolemæus. Successit in locũ fratris.	Phthia. Nupta Demetrio Gonatę	Nereïs. Nupta Geloni Syracusio Hieronis f.	Laodomia. Interfecta est concursu populi cum Ætoli Epirum diriperent.
		Philippus.		
		Perseus victus ab L. Æmilio.		

Macedonum reges ex ordine per suà quisque tempora hoc modo succedunt. Antipater obijt anno 6. ab Alexandri excessu. Post quem Cassander Macedonię regnum tenuit, an. 18. Antipater & Alexander Cassandri filij ann. 4. Demetrius annis 6. Pyrrhus mensib. 7. Lysimachus ann. 5. Ptolemæus Ceraunus an. 1. Meleager mensib. 2. Antipater dieb. 45. Sosthenes an. 2. Antigonus Gonatas cadit in annum Mundi 3743. Regnauit ann. 36. Demetrius 10. Antigonus tutor 15. Philippus 42. Perseus anno regni 10. Mundi 3855. captus est, à Romanis.

Stemma Seleucidarum. Qui post Alexandri fatum Syriæ regno potiti sunt.

Antiochus vir inter Philippi duces clarissimus.

Coniunx Laodicea

Seleucus Nicanor Syriæ rex annis 22.

Post obitum Alexandri Syriam obtinuit. Antiochiam condidit, & campos vicinos Apollini dicauit, in originis argumentum, quòd eum mater ex Apollinis concubitu concepisse diceret, Babyloniam cepit. Bactrianos expugnauit. Transitum in Indiam fecit, quæ defecerat, & cum Sandracotto, qui Indiam possidebat, pace facta composistisque in Oriente rebus, in bellum Antigoni descendit, quo Antigonus occiditur, eiusque filius Demetrius in fugam vertitur. Postremò Lysimachum prælio victum interemit. Ipse post septem admodum menses, à Ptolemæo Cerauno, cuius sororem Arsinoën Lysimachus in matrimonio habuerat, per insidias occisus, annos emensus supra 77. Cuius coniuges duæ memorantur.

Apame Persis. Ex qua

Antiochus Soter. Syriæ R. ann. 29. Stratonicen nouercã deperijt, eamque pater in vxorem ei concessit. Ex qua natus est

Apame. Nupta Magæ Berenices filio.

Stratonice, filia Demetrij & Philę, à priuigno adamata.

Antiochus Deus Rex Syriæ ann. 15.

Conjuges.

Laodice.

Berenice. Vtraque Philadelphi Aegyptij filia. Laodice zelotypia accensa, Berenicen, huiusque filium necauit, & Antiochum veneno sustulit. Ipsa mox in facinoris vindictam à patre necata.

Antiochi liberi ex Laodice.

Seleucus Callinicus. Syriæ R. annis 10. Huic magnam regni partem eripuit Euergetes Rex Aegypti, quam recuperauit Hieracis fratris auxilio.

Antiochus Hierax. Fratrem juuit aduersus Ptolemæum Euergetem. Vxor ignoratur.

Nicæa. Nupta Demetrio Gonatæ filio.

Seleucus Ceraunus Rex ann. 2. veneno à suis sublatus est.

Antiochus Magnus R. an. 36. Successit fratri. Victus est à Romanis. Pax facta est ea lege, vt in præsens 500. talẽta Euboïca penderet, 2500. postquam Senatus pactiones comprobasset, & 9500. in annis 12. Vxor ignota est.

Liberi.

Seleucus. Philopator R. an. 12. Occisus est ab Heliodoro.

Antiochus. Epiphanes R. an. 11. Interfecto Seleuco impubes adhuc Rex cõstitutus est, Obses missus Romam à patre, post Seleucum regno potitus est. Bellum intulit Philometori Aegyptio, cuius regno specie tutelę inhiabat.

Laodiceus.

Syra. Quæ & Cleopatra nupta Ptolem. Epiphani.

Antiochia. nupta Ariarathę Cappadocum regi.

Alia, oblata in vxorem Eumeni Pergami regi.

Iussus

Demetrius Soter R. an. 9. obses Romam à patre missus in locum Antiochi fratris, quem Seleuco Senatus concesserat. Antiocho mortuo, Demetrius, cùm Senatus ei reditum negaret, clam effugit. Reuersus regnum occupat, Antiocho, Eupatore, & Lysia interfectis. Regno pulsus ab Alexandro, interijt.

Iussus est à Populo Ro. Aegypto excedere. Ierosolymam deprædatus Templum profanauit. Diris cruciatibus oppressus interijt, anno Seleucidarum 149.

Demetrij liberi.

Antiochus Sedetes. Soter R. ann. 7. Capto à Parthis Demetrio fratre, Cleopatram Demetrij vxorem matrimonio sibi jungit. Tryphonē occidit, qui Antiocho Alexandri filio trucidato, regnum sibi vendicarat. Demetriū à Parthis recuperat. Postremò à Parthis superatus, manus sibi intulit. Ierosolymam obsedit anno regni sui 4. Olymp. 162. Cum Hyrcano pacem fecit, 500. talentis acceptis. Mortuo Antiocho, Demetrius restitutus. Quo in Ægypto bellum suasu Cleopatræ socrus inferre parante, Syriæ ciuitates ab eo deficiunt, earumque precibus Physcon Aegypti rex Alexandrum Zebinam negotiatoris Alexandrini filium, regno præficit.

Demetrius Nicanor R. an. 8. regno potitus est, anno Seleucidarū 167. quod tenuit ann. 4. Huic Ptolemęus Philometor Cleopatram Alexandro ereptam dedit in vxorem. Captus à Parthis Demetrius, Rhodogunem Parthorum regis sororem in matrimonium habuit. Tum Cleopatra Antiochum mariti fratrem ad regnū & nuptias pellicit. Demetrius tandē à Parthis liberatus, regnū recipit post fratris mortem, quod vix administrauit ann. 4. Post à Cleopatra propter Rhodogunem zelotypa ejectus est, & captus ab hostibus, interficitur.

Antiochi Epiphanis liberi.

Antiochus Eupator R. ann. 3. Nouennis cùm pater obiret, educatus est à Lysia. Vterq; interfectus à Demetrio Sotere.

Alexander, Veles dictus Nothus Rex an. 5. Demetrium Soterē regno expulit. Inde Cleopatram Philometoris Ægyptij filiā duxit. Ex qua Antiochus à Diodoto Tryphone in regē euectus Quo post annum 4. interfecto, Tryphō regnum inuadit an. 3.

Cleopatrę liberi.

Cleopatra Philometoris filia nupsit tribus.

1 Alexandro. Antiochi filio notho.

2 Demetrio Nicanori.

Seleucus, à matre interfectus.

Antiochus Gryphus.

3 Antiocho Soteri.

Antiochus Cyzicenus

Antiochus Gryphus Rex an. 12. Zebinam victum occidit. Matrem venenũ, quod illa ei parauerat, bibere coëgit. Regno pulsus est à Cyziceno. Occisus Heracleonis insidiis: Lunę maritus haberi voluit. Coniunx ei fuit Gryphina Philometoris & Cleopatræ filia.

Seleucus. Patri successit annis tribus. Cyzicenum regno vitaq; priuauit, quibus mox & ipse priuatus est, à populo in Cilicia exustus propter morum truculentiam & atrocitatem.

Antiochus Post mortem Seleuci bellũ intulit Eusebio, à quo vita & regno spoliatus est.

Philippus: Successit Antiocho fratri.

Antiochus Cyzicenus R. an. 18. Insidiis Gryphi retectis, eum regno expulit. Occisus est à Seleuco Gryphi filio. Lunam in vxorem se habere prędicabat.

Antiochus Dionysius. bello occubuit adversus Arabas post cuius excessum Aretas Syrię inferioris regnum inuadit à Damascenis accitus, odio Ptolemæi Mennei.

Philippus victo Demetrio fratre. Antiochiam se recepit, vbi rex Syriæ factus est.

Demetrius Eucęr captus est à Philippo fratre, & ad Mithridatē Parthorũ regem missus interijt honorificè habitus.

Antiochus Eusebius Lunæ maritus, vt pater. Seleucũ patris interfectorẽ Syria expulit. Huius cõsensu Syria vniuersa Tigranis imperio cessit, annis 18. Qui Rex regum appellari voluit. Eo regnante Syria tranquillissima fuit: adeò nihilominus terræ motu vastata, vt 170 hominum millia & multæ vrbes perierint, prodigio rerum mutationes indicante. Tigrane à Lucullo victo, Eusebius ab eodem Lucullo in regnum

accitus, à Pompeio postea rejectus est. Itaque Syria in prouinciæ formam redacta est.

Lagidarum, qui AEgyptum tenuerunt, ad Augustum vsque Stemma.

Lagus.

Arsinoën à Philippo vterum ferentem, in vxorem duxit: Ex qua susceptus est.

Ptolemæus Magnus, Alexandri Magni frater: Soter etiam dictus, filius quidem Philippi, verbo tamen Lagi putatus est à Macedonibus. Alexandrũ comitatus est. Perdiccam in Ægyptum inuadentem expulit. Seleucum Antigoni filium à Seleuco patre ejectum in fidem recepit, & per Magam Berenices conjugis filium, Cyrenem recepit, quę ab eo defecerat.

Conjuges.

Thaïs: Alexandri concubina: Ex qua

Ptolemęus Ceraunus Antigono pulso, regnum Macedoniæ occupauit. Pacẽ cum Antiocho fecit: à Gallis in Macedoniam Belgio duce irruẽtibus, vita & regno priuatus est. Cõjuges ei fuerunt.

Innominatus occisus à Philadelpho.

Arsinoë. nupta Lysimacho, deinde Ptolemæo fratri, à quo liberis & fortunis perfidiosè spoliata est.

Eurydice.

Lysandra nupta Agathocli Lysimachi filio.

Ptolemaïs nupta Demetrio Poliorcetæ.

Berenice. Quam Eurydices comitem Antipater in Ægyptum miserat. Huius amore captus Ptolemæus, cùm ex Eurydice liberos iam suscepisset, filios quoque ex Berenice sustulit. Berenices comam Conon Mathematicus in astra retulit. Nupserat antea Philippo cuidã Macedoni: Ex quo

Innominata. Ex qua filiam suscepit Pyrrho Epirotæ nuptui traditam.

Arsinoë: Quæ prius Lysimacho nupserat.

Magas: Cuius cõjunx Apame Antiochi filia.

Antigona nupta Pyrrho Epirotæ

Ptolemæi & Berenices liberi.

Philadelphus. Soter dictus est à Rhodijs.

Arsinoë. Soror & conjunx Philadelphi. Obijt antequã pareret.

Argæus. à fratre Philadelpho interfectus.

Athenienses juuit aduersus Antigonum & Macedonas. Interpretes 70. coëgit, qui sacra volumina in Græcum sermonem verterunt. Propter imbecillitatem corporis semper aliquid noui requirebat quo sese oblectaret. Huius coniuges duæ memorantur.

Arsinoë filia Lysimachi. Ex qua nati sunt. Euergetes. Propter sororem Berenicen interfectam, bellum intulit Seleuco Syriæ regi, Antiochi & Laodices filio, & magnam regni partem ademit. Quam recuperauit Seleucus, auxilio fratris Hieracis. Cleomenem Spartanum patria profugum benignè excepit, quem occidit Philopator. Euergetis vxor ignoratur. Tres liberi memorantur.

Laodice. Berenice. Vtraque nupta Antiocho Deo. Laodice zelotypia furens Antiochum veneno extinxit. Berenicen huiusque filium, per Seleucum filium necauit. A patre postmodum in facinoris vindictam interfecta.

Arsinoë soror Philadelphi germana obiit sine liberis.

Philopator. Coniunx Eurydice soror. Amasia Agathoclea: scortum Agathocles, frater Agathocleæ: horum mater, Oenanthe lenæna. Philopator patre & matre interfectis, fratris etiam cæde adiuncta, luxuriæ se tradidit. Multas eius ciuitates Antiochus Magnus oppressit. Quibus recuperatis Agathocleæ illecebris captus, noctes in stupris, dies in conuiuiis consumit. Veneno interiit. Quo mortuo, in cædis Eurydices vltionem Agathocles concursu multitudinis opprimitur. Agathoclea & mater Oenanthe patibulis suffiguntur. Philopatori successit filius ex Euridice susceptus

Eurydice. Soror & coniunx Philopatoris, à quo interfecta est.

Tertius, innominatus nisi sit Magas apud Plutarchum, occisus à Philopatore.

Epiphanes.

Quinquennis cùm pater excessit. Eius ætate spreta, Antiochus Magnus multas vrbes inuasit. Sed Alexandrinis postulantibus legati Roma missi, Antiocho & Philippo nunciant, vt Ægypto abstineant. Mittitur & M. Lepidus in Ægyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli administret. Et nihilominus Antiochus Magnus Syram filiam, quæ & Cleopatra dicta est, in vxorem dedit.

Ex qua

Ex qua.

Philometor. Huic bellum intulit Antiochus Epiphanes. Regno pulsus ad fratrem minorem, Alexādriam confugit, participatoque cum eo regno, à Romanis auxilium petunt. Mittitur Popilius Lænas, qui Antiochum circulo circunscriptum jussit vt Ægypto abstineret. In caput præceps equo delapsus, dum Alexandrum persequitur, interiit, cùm regnasset annos 35. Vxorem habuit Cleopatram sororem. Ex qua

Epiphanes: Qui & Physcon dictus: fratrem majorem regno expulit. Sed missis à Senatu Rom. legatis, regnum majori restituitur: & fœdus ictū inter fratres vt alter in Ægypto, alter Cyrenis regnaret. Ei Philometore mortuo, regnum & vxor Cleopatra regina soror ipsius defertur. Statim vbi Alexandriam ingressus est, quia fratris filium, in regnum à matre Cleopatra & principibus sub ornari senserat, fautores pueri trucidari jussit. Ipsum quoque puerum nuptiarū die inter apparatus epularum, in complexu matris interficit. Nec mitior fuit in populares, quorum sanguine omnia quotidie manabant. Conjugem sororem repudiat, filia eius per vim stuprata, & in matrimonium adscita. Ob crudelitatem populo inuisus, à quo regia incensa fuit, profugit in Cyprum, cum filio quem ex sorore susceperat, & cū vxore matris pellice, accersitumq; è Cyrenis filium, ne rex ab Alexandrinis crearetur, interficit. Tum populus statuas & imagines eius deji-

Cleopatra Soror & cōjunx Philometoris, deinde Physconis fratrum.

Cleopatra. Nupta Alexandro Antiochi Epiphanis filio notho. Cui postmodū erepta est à Philometore & Demetrio Nicanori tradita. Quo à Parthis capto, Cleopatra Antiochum mariti fratrem sibi cōnubio jungit, & Demetrium à Parthis liberatum aspernatur.

Filius occisus à Physcone patruo.

Filia per vim à Physcone priuigno & patruo stuprata, deinde in matrimonium accepta, repudiata matre.

Cleopatræ liberi ex

Alexandro.

Alexander à Tryphone occisus.

Demetrio.

Seleucus. à matre occisus, quòd is post Demetrium occisum injussu suo diadema sumpsisset.

Antioch Gryphus matrem venenum quod ipsaci parauerat, bibere coëgit

Antiocho.

Antiochus Cyzicenus occisus à Seleuco fratre.

cit. Quod factum studio sororis existimans, filium quem ex ea susceperat, interficit, corpusque in membra diuisum matri, die natali inter epulas offerri curat. Cleopatra bello à fratre illato, dum se vrgeri videt, auxilium à Demetrio genero Syrię rege petit, nuper à Parthis reuerso, ad eumque cum opibus Ægypti nauibus impositis in Syriam profugit. Quo comperto, Ptolemæus Alexandrum Zebinam negotiatoris filium immittit, qui Syriæ regnū armis peteret. Is quasi ab Antiocho filius adoptatus, nec à Syris aspernatus, Demetrium vicit. Deinde Ptolemæus, reconciliata sororis gratia, Alexandrum insolentia tumentem regno deiicit, opera Gryphi, à quo Alexander captus à latronibus, & ad eum perductus, interficitur.

Coniuges Physconis.

Innominata.	Cleopatra.	Philometoris & Cleopatræ filia.	Concubina.
Filius è Cyrenis euocatus interficitur à patre.		Gryphina nupta Antiocho Gryphо.	Ptolemæus, Cyrenarum Rex institutus patris testamento. Moriens populum Romanum instituit heredem. Eaq; pars Lybiæ, prouincia Romana facta est.

Physconis & Cleopatræ liberi.

Lathurus. Vxorē habuit Cleopatram sororē. qua iussu matris repudiata, Seleucen alteram sororem duxit, eaque à matre similiter abducta, exulare coactus in Cyprum secessit. Ei ex Seleuce filii duo nati	Alexander. Lathuro à matre pulso Rex constituitur. Sed matris crudelitate territus, eā reliquit, à qua mox reuocatur Cumque ei exitium moliretur ab eo interfecta est. Inde concursu populi ob nefariam matris cædem, in exilium agitur: Lathuro in regnum restituto.	Cleopatra. Nupta Lathuro. Eo verò dimisso, nubit Cyziceno, ad quem exercitum Cypri adducit. Cyziceno à Grypho deuicto, Cleopatrā Gryphina soror, vxor Gryphi, interficit. Cyzicenus postea victor, Gryphinæ supplicio, vxoris manibus parentauit.	Seleuce. Nupta Lathuro post Cleopatram eiectam.	Filius. à patre occisus

nati sunt.

Auletes. Alter innominatus.

Huius vxor ignota est.

Liberi quinque memorantur.

Filia, natu maior. Patre regno pulso, regina facta est. Nupsit Cibiosactæ. Quo propter ignobilitatē rejecto, Archelao Mithridatis ementito filio se conjunxit.

Cleopatra. Patre vita functo, regno cū fratre majore potita est. Inde à fratribus expulsa, à Cæsare in regnum restituta est. Cui fratrem minorē adjunxit, maiore interfecto. Post cladem Actiacā veneno mortem sibi consciuit. Tū Aegyptus Romanæ ditionis facta est.

Arsinoë. Patri fuit superstes. Ad quā in Syria degentē, Cleopatra regno à fratribus expulsa, secessit. Hanc postea in Dianæ templo, dum sacris operaretur, Cleopatra interfecit: & fratrem annos 15. natum veneno sustulit.

Ptolemæus R. Aegypti Pompeium qui patrem Auletem per Gabinium in regnum restituerat, vita priuauit. Mox à Cæsare interfectus.

Ptolemæus minor Rex cum Cleopatra à Cesare constitutus, veneno perijt.

Hunc cum vxore interemit Auletes à Gabinio reductus.

Seleucidarum & Legidarum improbitati & impietati opposuit Deus Assamoneos. Quorum hæc familia est.

Assamon Sacerdos è stirpe Ioaribi.

|

Simon.

|

Ioannes.

|

Mattathias.

Antiocho Epiphani summa virtute restitit, ætate iam confectus. Epiphanes enim jussu Romanorum Aegypto discedere coactus, anno Seleucidarū 143. Mundi 3853. exercitum adduxit Ierosolymam, & vrbem deprædatus est, ablatis è sacrario 1800. talentis. Quæ summam 1080000. aureorum

Gallicorum conficiunt. Anno 145. ante Christianam metam 168. templum profanauit, ad impia sacra ciues coëgit, statua Iouis Olympici in templo collocata. Tum Mattathias Iudæum Ioui sacra facientem interemit. Antiochi ducem gladio transfodit, aramque subuertit, populo ad arma conuocato. Obiit anno Seleucidarum 146. Mundi 3856.

Mattathiæ liberi.

Iudas Machabæus dux populi post excessum patris tẽplum repurgauit anno Mundi 3858. Occubuit in prælio anno 3868.	Ionathas Aphus. Iudę fratri successit. Pontifex institutus ab Alexandro anno Mundi 3870. à Tryphone perfidiosè occisus.	Ioannes Gaddis. Occisus à filiis Amarei, paulo post interitum Iudæ fratris.	Simon Matthes. Post Ionatham remp. administrauit. Aęra Simonis in scriptionibus publicis cœpit anno Mundi 3880. Occisus est à Ptolemæo genero suo, anno Mundi 3887.	Eleazar Auran. Interiit elephãti casu ab eo confossi an. 3870.

Liberi.

Ioannes Hircanus. Parentum fratrumque necem vlciscì conatus est. Pacem ab Antiocho 5. Sotere emit talentis 300000. hoc	Iudas Cũ patre Simone & matre capti & occisi à Ptolemæo Abobi filio.	Mattathias.	Filia. Nupta Ptolemęo Abobi filio Ierichuntinę regionis præfecto.

est aureis Gallicis 180000000. Templum in Garizim deleuit. Idumæos domuit. Samariam solo æquauit. E sepulchro Dauidis eruit 3000. talenta, siue aureos Gallicos 1800000. Pontificum primus milite conductitio vsus est. Obiit anno Græcorum 206. Mundi 3916. cùm regnasset annos plenos 31.

Hircani liberi.

Aristobulus. Primus Iudæorum sumpto diademate Rex appellari voluit. Matrem cui regni administrationẽ Hyrcanus reliquerat, inedia necauit	Antigonus. trucidatus ab Aristobulo fratre.	Alexãder Ianneus à Salome, quæ & Alexandra dicta est, Rex constitutus post Aristobuli interitum, eam in vxorem duxit. Cum Lathuro fœdus fraudulẽter iniit. Propter	Absalom. vixit priuatus.	Ἀνώνυμος. occisus ab Alexandro.

res

cauit, fratres carcere inclusit, Antigonum trucidauit. Regnauit ann. 1. Vxor Salome.

res infeliciter gestas spretus est à suis. Quibuscum & Demetrio Gryphi filio bellum sexennale gessit: Tandem cum Iudæis conciliatus, 800. in crucem egit. Quartana confectus obijt anno Græcorum 234. mundi 3944. cùm regnasset ann. 27.

Post Alexandri excessum vxor Alexandra regnum tenuit an. 9. A Tigrane qui Syriam occupabat, pacem ingenti pretio redemit.

Alexandri & Alexandræ liberi.

Hyrcanus 1.

Alexandra regina rerum administrationē Pharisęis concessit, regia dignitate retēta. Interim Hyrcanus summi Pōtificatus honore potitus est. Sed Alexandra fato functa regno pulsus est ab Antigono fratre minore, an. mundi 3954. Q. Hortēsio & Q. Metello Cret. Romæ Cos. anno 3. Olymp. 177. Sexennio post anno mundi 3960. capta Ierosolyma restituitur à Pompeio. Rursus eum Aristobuli filius Antigonus auxilio Parthorum, regno spoliauit: à quibus Hyrcanus captus & abductus est, auribus ab Antigono præfectis; Babylone à Iudęis in honore habitus vsque ad Herodis principatum. A quo Ierosolymā reuersus vita spoliatur, anno Mundi 3962 cùm annos vixisset supra 80. Reliquit filiam

Alexan-

Aristobulus 2.

Regnum aduersus fratrem vsurpauit. Quod Pompeius Hyrcano restituit, & Aristobulum cum liberis Romam captiuū misit. Is liberatus à Cæsare, mox à Pompeianis veneno extinctus est, anno Græcorum 265. Mūdi 3975. Vxor ei fuit Absalomi patrui filia.

Liberi

Alexander. capite trūcatus est à Scipione jussu Pompeij Vxorē habuit Alexādram:

Antigonus. Alexandra post obitū patris à Ptolem. Mēneo rege Chalicidis, quæ in Libano sita est, recepti sunt. Alexandram Philippion Mennei fil. in matrimoniū habuit: Quo à patre necato, Menneus ipse conjugio sibi sociauit. Post hæc Antigonus

Ex qua

Mariamne, nupta Herodi, à quo interfecta est.

Aristobulus natus annos 4. cū mater mortem obiret. A quis obrutus est ab Herode annos emensus 18.

Alexandram nuptam Alexandro Aristobuli filio, quæ jussu Herodis interfecta est.

gonus, qui regno Hyrcanum dejecerat, captus à Romanis, Antonij jussu interficitur. Eius filia nupta est Antipatro Doridis filio.

Assamoneis sublatis, Herodes Iudęis imperauit, huiusque nepotes vsque ad Iudaicæ gentis excidium.

Herodum famila.

Antipas ab Alexandro Iudæorum rege, Idumææ præfectus, duos habuit filios. Antipam qui Antipater dici voluit, & Iosephum. Hic ab Herode cuius sororem in vxorem duxerat, necatus est. Antipatri opera & consilio plurimum Hyrcanus vsus est, sub quo Antipatri potentia supra modum creuit. Illiusque administratio Iudæis adeo grata fuit, vt pro rege haberetur, & coleretur. Cæsarem strenuè juuit in Ægypto, Iudæorum copijs: à quo Iudææ tutor creatus est, veneno interijt anno altero à cæde Cæsaris. Vxorem habuit Cypron Arabem ditissimam.

Antipas.

Antipas, qui & Antipater. Conjunx Cypros Arabs

Iosephus necatus ab Herode. Conjunx Salome Herodis soror.

Phaselus. Ierosolymæ & vicinę regioni pręfectus à patre. Captus à Parthis caput parieti illisit.

Herodes Magnus. * *

Iosephus Idumęę pręfectus Occubuit bello aduersus Antigonũ, qui mortui caput fratri Pherorę vendidit talentis 50.

Pheroras. tetrarcha ab Augusto creat°. Amasia ancilla: Ex qua

Salome. nupta Iosepho patruo Antipæ filio, deinde Costobaro, postremo Alexæ. ♣♣

Iosephus. cui nupsit Olympias Herodis ex Marthaca filia.

Phaselus. Coniunx Salampso, prius oblata Pheroræ, Phaselo enixa est

Filius. Cui nupsit Roxanæ Phædræ filia

Filius. Cuius vxor Salome Elpidis filia.

Filia. Nupta Antipatri filio Herodis nepoti.

Antipatrum. Huius nomẽ tãtũ habetur

Herodẽ. Alexandrũ Excesserunt hi duo sine liberis.

Alexãdram. Nuptui traditam Timio Cyprio.

Cypron. Hęc nupsit Agrippæ Aristobuli filio.

Salo-

⁂ Salomæ nati ſunt

Ex Ioſepho.		Ex Coſtobaro (quem Herodes interemit) gentis Idumæę & Gazę principe.		Ex Alexa.
Antipater. cuius vxor Cypros Herodis filia.	Ioſephus. Coniunx Olympias.			Alexas Selcius Cypros vxor.
	Mariamne. nupta Herodi regi Chalcidis, Ariſtobuli filio.	Berenice. Quę nupſit Ariſtobulo.	Filius ἀνώνυμος.	Cypros, nupta Agrippæ 2. Agrippę maioris filio.

** Herodes magnus, Antipatri filius, Antipæ nepos, Infanticida, annos natus 15. Galilęæ a patre præfectus eſt. Antipater enim ſub Hyrcano totius regni negotia curabat. Eam prouinciam Herodes feliciter adminiſtrauit, & latronibus in ea graſſantibus liberauit. Poſt cædem Cæſaris à Caſſio Cœloſyriæ præpoſitus eſt. Poſtea ipſe & Phaſelus Iudææ tetrarchæ ab Antonio creati ſunt. Ieroſolyma autem ab Antigono & Parthis capta, Herodes Romam profugit, vbi à Senatu Antonij & Auguſti ſtudijs rex Iudææ declaratus eſt, anno Mundi 3983. Inde reuerſus, Ieroſolymam capit anno 3986. Actiaca victoria audita, ab Auguſto metuens, quia partes Antonij ſecutus fuerat, Romam ire inſtituit, Auguſtum ſibi conciliaturus. Sed ante profectionem Hyrcanum vita priuauit. Roma reuerſus rebus ex animi ſententia confectis, Mariamnem coniugem mortis ſupplicio affecit. Anno regni 18. Templum exorditur, priore à fundamentis eraſo. In quo exædificando octennium conſumit. Lapide candido extructum fuit ad longitudinem 100. cubitorum. Saxa ingentia cubitos vicenos quinos oblonga, lata duodenos, octonos alta, ędificium attollebant ad 120. cubitos, verum ſubſtructionibus tantæ molis pondere depreſſis, cubiti 20. ſupra 100. excurrentes ſubſiderunt. In Romanorum, quos maiore quam Deos veneratione colebat, gratiam & adulationem, vrbes, Theatra, Templa, extruxit: Ludos & ſacra inſtituit. Vnde tantis muneribus à Romanis affectus eſt, tot regnorum & prouinciarum incrementis auctus, vt tertius in orbe terrarum habitus ſit. Primas enim tenuit Auguſtus. Secundas Agrippa Vipſanius. Herodes tertias. Bella multa geſſit feliciter. Sæuus fuit in ſubditos, mitis in extraneos. Infelix domi, foris beatus. Obijt diris cruciatibus oppreſſus, anno ætatis 70. Mundi 4022. ſub veris initium. Anno ſuperiore audita Chri-

sti regis natiuitate, regno metuens, infantes bimulos hisque minores trucidari iussit. Coniuges ei fuerunt 10. Prima Doris Plebeia, aliquando repudiata, deinde recepta, Postremò eiecta sponsalibus ornamentis spoliata omnique mundo muliebri, Secunda, Mariamne, Alexandri filia, neptis Hyrcani, ab Herode interfecta 3. Mariamne, filia Simonis, quem summi Pontificatus dignitate Herodes ornauit, vt splendidius esset coniugium. 4. Fratris filia. 5. Consobrina. 6. Marthaca Samaritana. 7. Cleopatra Ierosolymitana. 8. Pallas. 9. Phædra. 10. Elpis.

Herodis liberi.

Ex Doride. Antipater. A patre, quòd ei venenum parasset, morte multatus. Coniunx Antigoni filia. Ex qua:
- Filius. cui nupsit Aristobuli filia maior.
- Filia despōsata Agrippę maiori

Ex Mariamne.
- Aristobulus interfectus à patre. ¶
- Alexander à patre interfectus. Huic cōiunx Glaphyra, Archelaï Cappadocum regis filia. Ex qua:
  - Alexander. cui nupsit Phærorę filia. Ex qua:
    - Tigranes. Armeniorū rex.
- Salampso nupta Phaselo.
- Cypros nupta Antipatro, Iosephi & Salomes filio.

Ex Mariamne Simonis filia. Herodes. Erasus è testamēto patris, quòd mater Antipatri veneficio consensisset: vxor Herodias. Ex qua:
- Salome saltatrix, quæ nupsit Aristobulo.

Ex Marthaca.
- Archelaus. Hæres regni patris testamento institutus, quod Augustus minimè comprobauit, á quo Ethnarcha Iudææ institutus est. Coniunx ei fuit Mariamne. Qua indignè repudiata, Glaphyram, quæ fratris fuerat vxor & liberorum mater, sibi adsciuit. Cùm regnasset annos 10. ab Augusto in exilium actus est.
- Philippus. Tetrarcha Trachonitidis, Batanææ, & Auranitidis: quas rexit annis 37. Obiit anno 20. Tiberii, sine liberis. Vxor Herodias, quam Philippi frater Antipas rapuit. Nugatur Iosephus, qui Salomen Philippo coniungit aduersus fidem Euangelicam.
- Olympias. Nupta Iosepho.

Ex Cleopatra. Antipater, qui & Herodes Antipas dictus. A Christo vulpes appellatus. Tetrarcha factus ab Augusto Galilææ & Perææ. Truncauit sanctissimum Baptistam. Duxit vxorem

Aretæ

Aretæ regis Arabum filiam. Ea rejecta Herodiadem Philippi fratris conjugem marito eripuit. A Caio Imp. Ro. anno Imperij 2. in exilium actus est.

Ex Pallade. Phaselus.

Ex Phædra. Roxane. Quæ nupsit filio Pheroræ.

Ex Elpide. Salome nupta filio Pheroræ.

¶ Aristobulus. Herodis Magni & Mariamnes filius, conjugem habuit Berenicen, Costobari & Salomes filiam. Ex qua ei nati sunt

Agrippa major.	Herodes.	Aristobulus.	Mariamne.	Herodias.
A	B	C	D	E

A Agrippa major dicitur Herodes Act. Apost. 12. Duxit in vxorem Cypron Phaseli & Selampsus filiam: Ex qua

Agrippa annorum 17. cùm pater excessit. Vespasiano adfuit in excidio Ierosolimitano.	Drusus. Obijt antè quàm adolesceret.	Berenice. Nupsit Herodi patruo, regi Chalcidis, eo mortuo Polemoni Cilicię regi se conjungit, à quo propter impudicitiam rejecta est.	Mariamne. Nupta est Archelao Chelciæ filio. Eo spreto ad Demetrium transuolat.	Drusilla. Nupsit Azizo regi Emesenorum. Quo relicto, Felici cōjuncta est. Act. cap. 24.

B Herodes, Rex Chalcidis. Vxores habuit

Mariamnen. Iosephi & Olympiadis filiam. Ex qua natus est Aristobulus Armeniæ præfectus à Nerone. Salomen saltatricem, quę Baptistę caput ab Herode petijt, duxit in vxorem: Ex qua suscepti sunt	Berenicen. Agrippæ majoris filiam.

Herodes.	Agrippa.	Aristobulus.

C Aristobulus ex Iotape Emeseniorum regis filia, suscepit Iotapen, surdam.

D Mariamne nupsit Antipatro Herodis & Doridis filio.

E Herodias. Nupta Herodi Simonis Pontif. nepoti: Ex qua Salome saltatrix post Herodem conjuncta est Philippo Tetrarchæ: cui erepta, nefariè se commiscuit cum Herode Antipa.

Tempus

Tempus à Ianuario quem insecutus est Alexandri excessus, ad Ianuarium Assamoneorum, continet annos 156. desinentes in extremum diem Decembris, anni exeuntis ab initio rerum 3854. Anno 3855. Antiochus Epiphanes pręcipuum Antichristi specimen, Templum Dei diripuit, profanauit, statua Iouis in eo collocata, Sacra legis diuinæ volumina cremauit, populum Dei ad impia sacra coëgit. Pietatis vindicem Deus excitauit Mattathiam Assamoneum. Qui ætate iam confectus, populi reliquias rexit anno tantum vno. Post eum filius Iudas Machabæus dux populi constitutus, præfuit annis 6. Successit frater Ionathas annis 18. Simon annis 8. Hyrcanus primus annis 31. Aristobulus Hyrcani f. qui Iudæorum primus regium nomen sibi vendicauit, anno 1. Alexander Aristobuli frater ann. 26. Alexandra, quæ Aristobuli, & eo sublato, Alexandri coniunx fuerat, annis 9. Huius obitus incidit in annum Mundi 3954. Q. Hortensio: & Q. Metello Cretico Romæ Consulib. Hinc ad Herodis principatum Hyrcanus secundus: Aristobulus, Alexander & Antigonus Aristobuli filij per annos 32. de imperio certant, & patriam bellis ciuilibus atterunt. Herodes Rex anno mundi 3986 Ierosolymam capit, M. Agrippa Vipsanio & L. Caninio Gallo Coss. Regnauit Herodes annos 36. Obiit anno mundi 4022. Post Herodis excessum regnum Iudææ ab Augusto diuisum est. Archelaum Iudææ, Idumææ, & Samariæ Ethnarcham instituit: Antipam Tetrarcham Perææ & Galilææ: Philippũ Tetrarcham Traconitidis, Batanææ, & Auranitidis. Sed Archelaum post annos 10. exilio mulctat, eiusque ditionem Syriæ prouinciæ adjungit. Philippus Tetrarchiam suam tenuit annos 33. Obijt sine liberis, anno Tiberij 20. Tum Agrippa Romæ agebat, quem Tiberius sub imperij exitum in arctissima vincula conjecit. Quæ à Caligula soluta sunt, simulatque imperium ei delatum est: & ab eodem ornatus est Agrippa diademate, & ad summum regiæ dignitatis fastigium euectus, Rex Iudææ creatus est, adjecta Philippi tetrarchia. Nec multo post Herode Antipa & Herodiade in exilium actis, adjuncta est Herodis tetrarchia Agrippæ ditioni. Regnauit annos tantum 7. Interiit ab Angelo percussus in theatro, cùm sibi diuinos honores deferri passus esset, anno Mundi 4066. Christiani termini 44. Quo tempore filius Agrippa minor, annum agens 17. regni administrationi impar habitus est à Claudio Imp. Ea propter Iudęæ res per Cuspium Fadum procuratæ sunt. Aliquot tamen regiones Agrippæ postea concessæ sunt à Claudio & Nerone, jusque datum creandi summum Pontificem, cum sacri ærarij curatione: eásque dignitates retinuit in ipso etiam Ierosolymitano excidio: in quo

Vespa-

ſiano adfuit.Exciſa eſt Ieroſolyma menſe Auguſto,anno ſecundo Veſpaſiani,Chriſtianæ metæ 69.Mundi 4091.primo Olympiadis 212.ineunte.Itaq; ab Aſſamoneorum initio ad Herodem anni 131.Hinc ad Iudaïcæ gētis exitium 105.

Tempora Romanorum.

Aſię,Greciæ,Ægypti reges & tyrannos, eorumque ſoboles & propagationes,rerumq; ab illis geſtarum ſummam compendio, vt ferebat inſtitutū, perſtrinximus,temporum,annorumque ſerie breuiter expoſita. Iam ad Romanos Principes deuenimus.Qui ſecundum diuinorum vatum effata,illorū regna occuparunt,quę ab ipſis ſubigenda erant,antequam adueniret regnū illud æternum & nunquam euertendum, quod alia omnia excindet & funditus delebit. Horum ſeriem & ſucceſſionem ab hiſtoricis non indiligenter digeſtam,nos cum cœli flexibus,&annis ab orbe condito,ab Iphiti ſacro ab vrbis Romæ exortu prodito,& à Nabonaſſaris termino,ita compoſuimus& coagmentauimus, vt nullus deinceps de temporum annorumq; dimenſionibus & ordinibus dubitandi locus relinquatur.Romani tempora notarunt vel vrbe condita,vel Conſulum magiſtratu: Quomodo & Athenienſes Olympiadibus & Archontibus. Sed annos Olympiadum & Archontum inchoabat æſtiuum ſolſtitium,vt ex Thucidide,Xenophonte, Ptolemæo, demonſtrauimus.Annum verò Romanum bruma ordiebatur:Ideoque Romani etiam Olympiadas à bruma metiebantur, vt ex Tarrutio docuimus: eodemque principio Diodorus vtitur.Itaque Romam fundatam poſuimus anno primo ſeptimæ Olympiadis à bruma. Annorum porro Olympiacorum & Romanorum conciliatio in multo labore poſita non eſt, cùm Olympias 207.actis publicis Romæ adnotata fuerit, C.Pompeio Longino Gallo, & Q.Veranio Coſſ.autore Solino. Quorum cōſulatū adſcribimus anno V.C. 801.Mundi 4071. Hic annus decennio tātum antecedit conſulatum Vipſanij & Fonteij. Quo anno prid.Cal.Maij, autore Plinio, Sol defecit inter horam diei 7.& 8.Solis obſcuratio ex abaco aſtronomico incidit in annum Olympiadis 209.tertium.Nabon.806.Pachon d.26.Epochæ Chriſt.59. Apr. die 30.ho.2.Anno abhinc 179.Conſulatum geſſerunt Vlpius & Pontianus. Quem Cenſorinus perperam confert in annum Iphiti 1014. Cōgruit enim anno vrbis 989.Olympiadi 254.Inter annum V.C.801.quo Olympias 207. acta eſt, & annum 989. intercedunt anni tantum 188. quibus Olympiades 47.conſtituuntur. Olympias verò 254.notat annum Iphiti 1013. Grauius

Censorini peccatum in annis vrbis. Illum enim consulatum adscribit anno 991. Vnde apparet Censorinum biennio antiquiorem Romam facere. Cui certè Velleius adstipulatur, qui Romam prodidit conditam Olympiade 6. post 22. annos quam prima acta fuerat. Verùm in annis Consulum sæpissimè fluctuat Censorinus, qui annorum notas à diuersis autoribus excepit, diuersa Romæ principia statuentibus. In annis autem Nabonassaris manifestò hallucinatur. Siquidem Vlpii & Pontiani consulatum adscribit anno Nabo. 986. quem celestes motiones erroris expertes, tribuunt anno 984. quod vel digitis elicias, nimirum annis 178. adiectis consulatus Vipsanii & Fonteii, quo cum Nabonassaris annus 806. concurrit, vt Solis deliquium necessariò euincit. Bellè quidem Censorinus animaduertit vrbis exordium quinquennio præcedere Nabonassaris Epocham. Idcirco Vlpii & Pōtiani magistratu constituto in anno V.C. 991. necessariò Nabonassar illi fuit collocandus inferior quinquennio. Sed cùm Nabonassar statam & immotā cœli sedē teneat, debuit Censorinus vrbis initium à Nabonassaris limite metiri, non autem Nabonassarem subiicere vrbis initio, variè à diuersis autoribus pro cuiusq; arbitrio posito. Sic Velleius aberrat biēnio qui certamen Iphiti primū disiungit à Consulatu Vinicij, annis 823. Consulatū enim Vinicij reddit exploratissimū Solis eclipsis, quæ mensis Augusti Calendas infecit tetra caligine, anno Christiani limitis 45. Olympiadas verò nobis aperit Xenophon duobus deliquiis, altero Lunæ, quod in annum 3. Olympiad. 93. incurrit, mūdi 3617. Octob. die 10. sub auroram: altero solis, Olympiad. 94. anno Mundi 3619. Septemb. die 3. hor. 2 ½. ante meridiem. Olympias 94. abest à 207. quæ publico testimonio nititur, annis plenis 452. quibus conflantur Olympiades 113. Solis autem deliquium dissidet annis 213. mens. 6. d. 11. ab eo quòd Cornelio Scipione & C. Lælio Coss. contigit à Liuio memoratum lib. 35. Hanc Solis obscurationem Chronologomastiges temerè adscripserunt consulatui Glabrionis & Scipionis Nasicæ, aduersus historiæ cœliqúe testimonia. Congruit verò anno 2. Olymp. 147. à diebus æstiuis. Mundi 3833 Martij die 14. hor. 3 ½. ante merid. Hinc edocemur 143. agonem actum fuisse anno V.C. 545. Mundi 3815. M. Claudio Marcello V. & T. Quinctio Crispino Coss. annis 18. ante consulatum Scipionis & Lælij: & oscitantem Liuiū deprehendimus, qui lib. 27. scripserit ludicrum Olympiæ incidisse in consulatum Claudij Neronis & M. Liuij Salinatoris anno V.C. 546. Æstate enim superiore actum fuerat anno Mundi 3815. Sed Liuio varios & diuersos annales secuto, perdifficile fuit singula quæ ad historiam conscribendam sibi com-

comparauerat,tam aptè concinnare,vt nihil omnino in tanto illo opere hiaret.Retineamus igitur epocham Romanam à nobis antea constitutam anno Mundi 3271.Iphiti 25.Olymp.7.primo ineunte,à bruma Romana supputatione: vel si Græcam mauis anno Iphiti 24.Olympiadis sextæ quarto: ante annos quinque quàm Nabonassar Chaldæorum rex inauguratus est: nouē, quàm Ezechias regali Iudæorum solio insideret: quatuordecim, quàm regnum Israëliticū deleretur à Salmanassare: 752. ante Christianam epocham. Primo libro quæ bella ferè gesserint Romani, & quantum ex omnium gentium depredatione in ærarium contulerint, quibus ad tantum imperij fastigium euecti sunt,breuiter perstrinximus,temporibus ab V.C.subductis.Hic Reges, Consules, Tribunos, qui rerum summam moderati sunt, horumque seriem quæ ad temporum notionem maximè cōducit,percensemus & Phœnomenis confirmamus. Quibus planum fiet,Romanam historiam cum ea temporum dimensione quam demonstrauimus, summa consensione conspirare.

PRINCIPES ROMANI.

ANNI MVNDI	OLYMPIADES	ANNI VRBIS ROMÆ		ANNI NABONASSARIS A primo die Thot.
3247	1		Clarissimum omnium ludicrum certamen & ad exercendam corporis animique virtutem efficacissimum, Olympiorum initium, autorẽ habuit Iphitum Elium. Hoc sacrum instituisse fertur Atreus, ante annos fermè 430. cùm Pelopi patri funebres ludos faceret. Quo quidem in ludicro omnis generis certaminum Hercules victor extitit, inquit Velleius. Acta est prima Olympias anno Mundi 3247. plenilunio æstiui solstitij. Abest Ianuarius quem secutus est primus agon Iphiteus à Ianuario epochæ Christianæ annis plenis 776.	
			Anno primo secundæ Olympiadis, Chœac d. 23. Iunij 24. Ilia Rhea Siluia virgo Vestalis à Marte deo compressa est. Pregnãs vterum gestauit diebus 274. Enixa est die Thot 21. Martij 25. feria 1. O. Ex Tarrutij calculo, & Romanorum fabulis.	
3271		1	Anno Mundi 3271. Iphiti 24. à diebus æstiuis, Olympiadis 6. quarto desinente, mox sequente primo septimę	
	7		Olympiadis, quo sacer agon septimus fuit celebrandus, Romulus Marte deo & Ilia virgine genitus, vt ferunt nugæ Romanę, vrbem ROMAM fundauit Palilibus, verna temperie.	
3276		6	Anno Mundi 3276. Nabonassar, Chaldæorum Rex inauguratus est. Vnde Ptolemęus cœlestes epochas orditur, in annis Ægyptijs, à meridie primi diei Thot, concurrente cum meridie 26. Februarij, anni Iuliani Christianam epocham antecedentis 747. Sol tenuit ♓ & ♈. Luna ♉ 11. 22.	Thot 26. Februar.
622. ad finem anni Christiani 800. quo desinente Carolus Magnus Romanorum Imperator acclamatus est, anni intercedunt 179. Annus autem primus Caroli ex duodecimo stabilitur. Quo anno Sol ferè totus obscuratus est. Maij die 14.hor 3.pomerid.autore Rheginone,cui cœli versiones assentiunt. Scribit autem eclipsim ☉ accedisse anno 811. Idib. Maii, calculum mutuatus à quopiam astronomo, qui annos absolutos astronomico more subduxerat, & diem à meridie præterita inchoarat. Cadit enim Solare deliquium in annum currentem 812. 14. d. Maii, feria 6. ♀ In cuius meridie dies 15. incipit, quem Romanorum Calendarium idibus suis attribuit; eoque modo Solis obscuratio feriæ 7. ♄ debetur 15. Maij. Itaque ab Vrbe condita ad Caroli Mag. Imperatoris consecrationem, anni censentur 1552. Ab orbe creato, 4822.

Temporum mensura.

Assyriorum, Medorum, Chaldæorum, Persarum, Græcorum, Romanorumque principum tempora, ad annum vsque 812. Epochæ Christianæ, atro Solis defectu nobilem, persecuti sumus: Ex quibus persacile fuerit reliquarum Gentium ætates percipere. Insequentia tempora obscura deinceps esse non possunt, ex Epocha Christi, quæ statam in serie temporum sedem obtinet, cœli versionibus, & omnium populorum, qui Christum agnoscunt, consensu comprobatam. Qua verò mensura tempora metiamur hic nobis aperiendum est. In temporum ordinibus explicandis annum Romanũ veluti mensuram omnibus notissimam assumsimus, qui à Iulio Cæsare Iulianus appellatur, constantem diebus 365. & diei quadrante, paulò quidem pleniorem naturali, sed qui vniuerso temporis curriculo ab exortu Mundi, ad Chronologiæ nostræ metam, quam sistimus anno Christi 1580. non adiecerit dies 40. Verumtamen haud defuturos arbitramur qui anni magnitudinem ad calculos reuocent. Annos enim non vnius generis aut eiusdem longitudinis esse prodiderunt autores probatissimi, Lunarem à Solari distinguentes, & alios fuisse menstruos, trimestres, decimestres, alios maiores & minores. Sed Ægyptiorum & Iulianorum, quibus in hac temporũ recensione vsi sumus, inæqualitas apparet. Atque inde adstruunt minores annos attribuendos esse patribus, qui Diluuium antecesserũt, quiq; vixisse leguntur annis octingentis & nõgentis. Sed ex historia sacra anni veteris mensuram certam didicimus. Scribit Moses Gen. 7. Noam ingressum esse Arcam die

17. secundi mensis, noctu diuque pluisse per dies 40: Arcam è terra sublatam natasse super aquas, auctas ad dies 150. die 17. mensis Septimi Arcam resedisse, & aquas decreuisse, vsque ad decimum mensem: Tum expectauisse Noam 40. dies, deinde dies 7. & 7. Et anno vitæ 601. primo die mensis primi, arefactam fuisse terræ summitatem, & 27. die secundi mensis, exsiccatam fuisse terram, egressumque Noam ex arca, Deo liberatori sacrificasse. In hac narratione ex ipsius Mosis verbis excripta, videmus dies 150. intercessisse à secundo mense ad septimum. Ex quo efficitur, 150. diebus, quinque menses impleri, dierum tricenorum. Et post initium mensis decimi, exactis diebus 40. memorat 7. & 7. dies, quibus duas septimanas confecit. Itaque peruenit ad 24. diem mens. vndecimi, cum emissa est tertiò Columba, ex qua, quia reuersa non est, intellexit aquas valdè imminutas esse; non tamen exhaustas. Anno enim exacto sola terræ summitas desiccata fuit, quæ satis firmitatis non habuit, ad sustinendos gressus. Quare expectandum fuit quoad soliditatem nacta esset, nempe ad 27. diem secundi mensis; quo die egressus est Arcam iubente Domino. Ex his liquidò constat ab ipso Mundi principio, certè ante Diluuium, annos, menses, hebdomadas, in vsu, vt nunc sunt, hominibus fuisse. Nec annos Lunares esse potuisse, cum menses tricenis diebus perficerentur, eorumque sententia meritò explodenda est, qui anno Mosis epactas inducunt vndecim dierum. Sanè probabile est menses initio à Lunę cōspectu ordinatos fuisse alternatim dierum 29. & 30. Quod Arabes etiamdum obseruant, putantq; se lunarem annum habere dierum 354. conflatum ex 12. mensib. Quem nihilominus motui Solis ex multis annorum curriculis coaptare coguntur. Sed anni significatione abutuntur Arabes. Dies enim 354 annos 12. Lunares conficiunt, quos Græci μηνιαίους vocant, à Luna, quę illis μὴν dicitur. Vnde Arabibus Almanach, libellus siue tabella Lunæ φαινόμενα proferens. Sed hic Lunaris annus, siue mensem appelles, dierum tantū 29 $\frac{1}{4}$ Solis cursui congruere nequit. Non latuit primos homines, Luminaria in cœlo posita fuisse, quæ distinguerent diem & noctem, essentq; in signa & stata tempora, in dies & annos. Solem etiam præcipuum luminare destinatum fuisse diebus & annis. Quare nihil causæ est, cur putemus primos parētes annum ad ☽ potius quam ad Solis agitationes direxisse. Verum Lunæ circuitu, menses, anni verò metas, Solis periodo terminarunt. At vero cum progressu temporis animaduertissent Solis ambitum & reditum, annis fermè 12. Lunaribus peragi, tempus restitutionis Solis

in partes 12. diuiserunt, quas quia mensibus fermè pares essent, mensium nomine donauerunt. Sed videndum ne anni Polysemon nobis imponat. Annus enim circuitum propriè significat. Quare mensis annus erit Lunaris. Luna enim menstruo spatio orbem suum absoluit. Dies, annus erit Solaris diurnius, quia Sol cœli superioris motione delatus, diurna vertigine circulum complet. Tempus verò dierum 365. & quadrantis ferè, annus erit Solaris proprius: quia Sol peculiari corporis agitatione, tanto temporis spatio Zodiacum lustrat, sic bimatus erit annus Martius, sic Iouius, sic Saturnius annus ex Martis, Iouis & Saturni lustris. Solebāt Scythæ Noæ nepotes, quorum linguam proxime retinuerunt veteres Germani, vt docent Germanicæ linguæ periti, nomina componere rebus conuenientia. Ideoque Anna vocarunt, Solis ambitum. Eadem est enim verbi litera prima & postrema instar circuli, cuius finis & initium eodem per medium recurrūt, siue dextrorsum, siue sinistrorsum moueas, & quoquo versum legas, Anna reperias. Inde sumta est Romana dictio annus, vt & aliæ multæ à Sythis deriuatę sunt. Sol igitur, diei & anni metas ab ipso Mundi exortu semper dimensus est. Luna verò menses, qui ab ipsa Luna nomen sortiti sunt. Menses porrò qui hodie Romano more dicuntur, jam pleniores effecti non ad Lunę, sed ad Solis motiones referendi sunt. Mensis Lunaris diebus tantum constat 29. $\frac{1}{2}$ Solaris vero 30. $\frac{1}{2}$ ferè, si annum in partes 12. æquales partiaris, antiquo ritu, quo Zodiacus in dodecatemoria diuisus est, quæ signa 12. vocamus, naturalem mensium mensuram tenentia. Cęsar annum quidem Romanis emendauit, quem contra naturę iura corruperant, sed menses nimium inæquales constituit, & anni principium non benè collocauit. Ægyptij menses dierum tricenum melius habent, sed anno deest quadrans ferè diei. Quem tamen anno magno Cynico suppleri putant, conflato annis suis communibus 1461. æqualibus annis Romanis 1460. Qui trimestres & semestres annos quorundam Populorum nobis adducunt, nihil quidquam agunt. Intelligebant illi populi per ea spatia, partes anni discretas, veris, æstatis, autumni, hyemis: vt hodie vulgo ferè alterum semestre vocamus æstatem, alterum hyemen, calore & frigore tantum partes anni distinguentes. Sic ὥρα Græcis est non solum diei pars duodecima, Sed ea voce dies & anni pars, & tempus significatur. Nulla profectò Gens vnquam fuit quæ annum suum ad Solis motum non expenderit. Hebræi annum Solarem nunquam non habuerunt. Nam licet cum Ægyptum incolerent anno Ægyptio vsos esse opporteat, propter commercia quibus vita humana

carere non potest: anni tamen veram magnitudinem non ignorasse par est, quam à Patribus edocti fuerant, & ab egressu ex Ægypto Moses anni ad sacra pertinentis initium posuit tempus nouarum frugum: quæ nunquam in anni initium recurrere possunt, nisi annuo Solis reditu. Adnūdinationes verò quod attinet rerum venalium, nihil innouauit, si Iosepho credimus. Nec à vero fortasse aberrauerit, qui tum temporis Ægyptū anni solaris rationem tenuisse & seruasse dixerit. Ideoq; nihil necesse fuisse Mosi annum ciuilem immutare. Ægyptios certè anni modum non ignorasse testes sunt optimi Strabo & Diodorus, hic lib. 2. c. 1. scribit Thebanos antiquissimos Ægypti populos, tempora non secundum Lunam, sed secundum Solem metiri, 30. dierum mensem conficientes. Quinque autem dies & quadrantem, 12 mensibus adiungentes, anni cursum perficere. Strabo verò lib. 17. narrat Platonem & Eudoxum à Sacerdotibus Ægyptijs edoctos esse, excurrentes diei particulas quasdam supra 365 dies, in anni complementum. Vnde conijciendum est quadrantem diei, qui anno Ægyptio deest, non eorum ignoratione, qui annum condiderunt, omissum fuisse, sed potius eorum negligentia quibus fastorum cura mandata fuerat, vel Mathematicorum, qui in Ægypto floruerunt, vsurpatione: qui eo anno licet imperfecto vsi sunt, quod eorum rationibus & calculo valde accommodus esset: & ab illis postea deriuatus est in vulgus, ad vsum communem. Sic Romani sacerdotes ob neglectam & omissam intercalationem, quæ non alia de causa instituta fuerat, quam vt annus cursui Solis responderet, anni tempora vsque adeo conturbarunt & confuderunt; vt Iulij Cæsaris opera & emendatio expetenda fuerit. Græcorum Olympiades, δεκαεννεα ετηρις Metonica, Calippica periodus, πενταετέριδες, ὀκταετέριδες & similia temporum spatia, abundé testantur apud Græcoa in neomenijs obseruendis valide religiosos, annum ad Solis reuersiones accommodatum fuisse. Haud secus de alijs populis iudicandum, vt hinc facessat fatua Romulidarum iactatio de suo Romulo, vrbis & anni conditore. Quasi verò Gentes Latina, Sabina, Ethrusca, & populi finitimi, ante Romulum nec Solem nec Lunam vnquam fuerint conspicati, ignari scilicet temporum perpetuò suis diebus recurrentium, veris, æstatis, autumni, hiemis. Expectandus illis fuit Romulus, Deo & Vestali virgine genitus, qui cœli arcana patefaceret, & annum conderet mortalibus. Docuimus antea Romulum nunquam extitisse. Concedamus nihilominus Romam condidisse, num inde colligemus annum etiam ordinasse? Opus nimirum fuit anno proprio & ab indigenarum vsu discre-

vsu discrepante, paucis numero latronibus, intra fossas & aggeres, ne à finitimis opprimerentur constrictis: qui annis 250. ab ipsorum colluuie vix multo sanguine fines suos ad 20. milliaria proferre potuerunt, vt autor est Eutropius. Annus fuit ab ipso Deo dimensus, & circumscriptus orbita solis, quàm mortalium nullus interuertere potest. Anni principium nonnunquam immutatur, pro monarcharum & populorum libidine: dimensio nullam inuersionem patitur. Romanus polyhistor Varro, putat Romanos à Latinis mensium nomina habuisse, & autores eorum quàm ipsam Romam antiquiores. Licinius quoque Macer & Fenestella memorię prodiderunt, vt est apud Censorinum, annum vertentem Romæ statim ab initio fuisse 12. mensium. Nec obest quod Quintilis. Sextilis & reliqui deinceps ad Decembrem vsque menses, ordinis numerum præ se ferunt Tum enim Martius à verna temperie annum auspicabatur. Aræ duodecim pro totidem mensibus Iano dicatæ, & Iani statua manibus ita figuratis, vt 300. dextram, 65. sinistram insignitas haberet, autoribus Plinio, Macrobio, Suida, ecquid aliud portendunt quàm annum primis temporibus in menses duodecim & in dies 365. fuisse distributum à Iano Deorum suorum antiquissimo, quem Noam vel Iapetum nemo fuisse ignorat. Quin & ipsa mensium nomina, primæ antiquitatis testimonium ferunt. Ianuarius nomen à Iano sortitus est, cui Asia vxor adiungitur, quæ & Februa dicta est, vtraque voce almam terram significante. Martius non à Marte, sed à Mert vel Maert, quo vocabulo significatur dies fieri longiores. Aprilis ab Opril, quod terram maxime aperiat, Maius à virore. Mai siue Mei omnem virorem significat. Iunius à fauore, quod fructibus se offerentibus terræ fauorem percipere incipiamus. Hę mensium appellationes à prisca Germanorum & Scytharum lingua deriuatæ, testantur & annum & menses Roma fuisse multo antiquiores. Annum hunc immutauit Numa, & vanitate magica corrupit. Cęsar restituit ab Ægyptijs edoctus. Cæterum annum ab initio eundem qui nunc est primis hominibus in vsu & consuetudine fuisse, annus Dilunij à Mose descriptus, & hic repræsentatus demonstrabit. Et in alijs etiam Scripturæ locis præter Mosem, menses anni 12. memorantur 3. Reg. 4. Habuit Salomo ante annos 250. quàm Romulus vagiret 12. præfectos, qui annonam parabant pro Rege & domo eius, singuli scilicet singulis mensib. Et 4. Reg. 25. factum est in 37. anno captiuitatis Iehoiacin regis Iudah, mense 12. 27. die mensis, vt Euilmerodach. Rex Babylonis educeret Iehoiacin è carcere. Iam igitur ambiguum esse non potest annos in historia

tum sacra tum profana, solares accipiendos esse, constantes diebus 365.$\frac{1}{4}$ Et hac anni mensura historicos, poëtas, Chronologos, autores sacros, profanos, omnia temporum interualla dimetiri. Nouilunia tamen & plenilunia in sacris ab Hebræis obseruata fuisse par est, vt populo stati & cogniti dies sacrificiorum essent, quod & Græcis in consuetudine fuit & alijs ferè Gentibus. Quia solet populus potius Lunę quàm Solis vicissitudines suspicere, verum qui menses 12. è Lunæ spatijs metiebantur, quod anno solari deerat, intercalationibus compensabant.

ANNVS DILVVII.

ANNVS DILVVII
Sexcentesimus ætatis Noæ.

Men-	Primus.	Secũdus.	3.	4.	5.	6.
Dies 1 2 3 4 5			diei illius ingressus est Noa, & Sẽ, & Ham, & Iaphet, filij eius, vxor illius,			
10			& vxores filiorum eius cum eis, in arcam. Factùmque est diluuiũ			
15			quadraginta diebus supra terram, & multiplicatæ sunt aquę, & eleuaue-			
20		* Anno sexcentesimo vitæ Noah mense secundo, 17. die mensis rupti sunt	runt arcam in sublime à terra, & deleuit Deus omnem substãtiam quæ erat			
25		omnes fontes abyssi magnæ, & fenestræ cœli apertę sunt. & facta est plu-	super terram, ab homine vsque ad pecus. Remansit solus Noah & qui cum			
30		uia super terram 40. diebus, & quadraginta noctibus In articulo	eo erant in arca.			

7	8.	9.	10	11.	12.	SES.
			* Decimo mense prima die mēsis, apparuerunt cacumina montium.		quæ non est reuersa.	
				* Cumque transissent 40 dies, aperiēs Noah fenestrā arcæ, dimisit coruum,		
Obtinuerúntque aquę terram 150. diebus Et decreuerunt post 150. dies,				&c. Emisit quoque columbā, quę reuersa est, Expectans autē vltra 7. diebus a-		
requieuitque Arca mense septimo die 17 mensis. At verò aquæ ibant & de-				lijs, emisit colūbam. At illa venit ad eum vesperi, portans folium oleæ decer-		
crescebant vsque ad decimum mensem.				ptum in ore suo. Expectauit nihilominus 7. alios dies & emisit columbam,		
					Quinque dies intercalares.	

Men-	Primus.	Secūdus.	3.
Dies 1 2 3 4 5	* Itaque sexcentesimo primo anno vitę Noę primo mēse, prima die mensis		
10	desiccatæ sunt aquę super terrā, & aperiens Noa tectū arcæ, aspexit, viditq;		
15	quòd exsiccata esset superficies terræ.		
20			
25			
30		* Mense secundo, die mensis 27 arrefacta est terra. Locutusq; est Domi-	

nus ad Noah dicens: Egredere de arca, &c. Egressus est ergo Noah & filij eius cum eo. Sed & omnia animantia, jumenta, & reptilia, egressa sunt de arca. Aedificauit autem Noah altare Domino, & obtulit holocausta.

Annus emendatus.

Numam Romę Regem, annum veterem deprauasse diximus. Qualis enim à Macrobio describitur, nec Solis cursui congruit, nec Lunæ, nec vlli cœli, aut temporis motioni. Totus est refertus neomenijs, Nonis, Idibus, Calendis, hoc tantum ex Magica vanitate obseruato, vt menses impari dierum numero perficerentur, excepto februario, quem Dijs suis inferis deuouit, vnde mox cum naturæ legibus repugnare animaduertisset, coactus fuit multis & varijs intercalationum centonibus refercire, vt Solis annua spatia consequeretur. Annus huiusmodi fragmentis disparibus consutus, Romanis in vsu fuit per multas ætates, donec Sacerdotes, quos penes fastorum cura fuit, tot intercalationibus, vt credibile est fatigati, illas neglexerunt & prætermiserunt, vnde secuta est ingens temporum confusio, Nam & æquinoctia Solstitiaq; retroferebantur, & à statis diebus sacra feriæq; recedebant. Narrat Liuius pugnam qua Perseus ad Pidnam ab Aemilio superatus est, commissam fuisse pridie Nonas Septembris; Lunamq; noctu defecisse, anno ab V. C. 586 hanc Lunæ defectionem Abacus Astronomicus confert in annum 168. ab Epocha Christiana retro numeratum. Iunij 21 hora pomeridiana 8. $\frac{1}{2}$ hic cernere est, Septembrem in Iunium retro lapsum fuisse. Imo verò videas estatem in hiemem labi. Scribit enim idem Liuius Decad. 4. lib. 7. Per eos dies quibus ad bellum profectus est Consul, Ludis Apollinarib. ad V. Id. Quintil. cœlo sereno, interdiu obscuratam esse lucem, cum Luna sub orbem solis subisset, L. Corn. Scipione & C. Lælio Coss. Quis non existimaret Consulem, sub ipsum Solstitium æstiuum vrbe excessisse, mense Iulio. At solaris illa defectio incidit in diem 14 mensis Martij anni Iuliani. Summa caligo inter octauam & nonam horam à media nocte. Sol tenuit ♐ 20. 27. Latitudo ☽ borea scrip. 52. Parallaxis latitud. 50. vnde intelligimus tetram valde & horridam ☉ eclipsim fuisse. Annus fuit ante Christianam Epocham 190. Vrbis Ro. 563. Nobonas. 558. Mechir. d. 6. feria 2. Qui luminis deliquium conferunt in annum superiorem quo Acilius Glabrio & Corn. Scipio consules fuerunt, recedũt à cœlo & Liuio, nec animaduertunt Solem eo anno interdiu obscurari non potuisse. Hac siderum caligine, deprehensa & in medio posita est Romanæ sapientiæ fatuitas in temporibus ordinandis. Ideoq; Cæsaris sagacitas & solertia nõ abs re omnibus comprobata est. Qui cum esset Põtifex Max. correctionem fastorum ratus ad se pertinere, partim suo, partim Socige-

nis Mathematici consilio, anni metas restituit, eiusq; initium statuit octauum diem ab hyberna trope, quo Sol nonam Capricorni partem ingressus, Lunæ mox coniungendus erat. Dies 365. distribuit mensibus 12. & anno cuiq; quarto diem vnum inseri voluit, sexto Cal. Martij, qui dies Bissextus appellatus est, & annus Bissextilis siue intercalarius. Hic est annus Cęsaris, qui Iulianus dictus est, quo nullus plenior aut perfectior hactenus existimatus est, & eo huc vsque à condito mundo tempora metiuntur historici. Numeris tamen omnibus non adeo absolutus est, vt nihil in eo desiderari possit: multis iam certe seculis eius emendatio postulatur. Fuit enim ab initio plenior institutus, cum eius principium diebus iam 13. à meta recesserit. Quantus verò excessus ille sit in singulis annis, nondum ab artificibus certo statui potuit, propter Solis vel æquinoctiorum progressiones inæquales. Qui inęqualitatem non admittunt, putant artificum indiligentia vel instrumentorum vitio, æquinoctiorum tempora non satis accuratè notata fuisse. Quod in prioribus Hipparchi obseruationibus, quæ inter se dissidebant, Ptolemæus notauit. Sed posteriores accuratius consideratæ, cum abaco planè consentientes arguunt Hipparchum in prioribus inspectionibus nondum satis exercitatum fuisse. Quare organorum vitio minimè tribuenda est annorum inęqualitas, quam φαινόμενα Ptolemęum insecuta, manifestò demonstrant. Atque vt concedamus organa in cœlestibus contemplationibus non adeo exquisitè tractari posse, vt cœli quęsitum locum ad vnguem prefiniant, norunt tamen qui huiusmodi speculationibus incumbunt, vix vnius aut alterius horæ errorem in æquinoctiorum disquisitione obrepere posse, quo in tot annorum versionibus permixto, non magis intumescit vel decrescit excessus, quàm Oceanus infuso haustóue aquæ dolio. Sed vt organorum suspicionem vitaremus, in obseruationibus æquinoctiorum antiquis, his prætermissis adsumsimus Lunares defectiones, quæ non procul ab æquatoris sectionibus contigerunt, vnde verum æquinoctij tempus depromsimus, in annis intercalario proximis, quos ideo selegimus, ne quid numeros conturbaret annus bissextilis Iulianis intermixtus.

Chaldæi, anno primo Mardocempadi, temporibus actis à Nabonassare annorum 26. dierum 28. mensis Thot die 29. horis 8. 40. plenilunium Eclipticum obseruarunt, Sole partem ♐ 24.30. inambulante, defectus fuit digitorum 18. Aberat sol à sectione verna partibus 5. 30. quas emensus est diebus 5. hor. 16. vnde haud dubiè intelligimus, ęquinoctium incidisse in

diem 5.

diem 5. Phaophi, hor. 1. Ferè post Meridiem. Annus est Mundi decurrens 3302. ante Christianam metam 721. bissextilis dies Martij 25. Feria 1. ☉. hora 1. pomerid. Igitur anno Mundi 3303. primo ab intercalari, æquinoctium incurrit in diem Martij 25. hora 7. hoc est hor. 1. post occasum.

Hipparchus annis à Nabonass. transactis 547. dieb. 158. Mechir 9. ho. 13. 20. Lunæ defectionem obseruauit, quę digitorum fuit 15. 30. ☉. ♓. 26. 17. Aberat à sectione verna part. 3. 43. quas permeauit dieb. 3. hor. 20. Igitur die Martij 23. h. 9. sectionem Sol assecutus est. Annus fuit Mundi 3823. Christiani limitis 200. primus à bisexto Martij die 23. feria 1. ☉ hor. 9.

Ptolemęus annis à Nabon. pręteritis 886. d. 246. Pachon 7. Aequinoctium de cœlo seruauit ho. 1. pomerid. Annus fuit Mundi 4162. Antonini tertius. Christiani loci 140. Bissextilis dies Martij 22. ho. 1. pomerid. Feria 2. ☽. Ergo anno Mundi 4163. Christi 141. Sol tenuit initium ♈. Martij d. 22. h. 7. hoc est hora 1. post occasum.

Bernardus Valterus Germanus, anno Mũdi labente 5499. Christi 1477. Martij d. 11. Solis altitudinem meridianam accuratè rimatus est partium 40. 33. in latitudine 49. 24. Vnde verum æquinoctij tempus intelligimus incidisse in diem Martij 11. Feriam 3. ♂. hor. 3. Annus est primus à Bissextili.

Nos quoque cœli templa non semel accuratè speculati anno Mundi 5599. Christi 1577. Comperimus æquinoctium incidisse in diem Martij 10. Feriam 1. ☉. hor. 10. Annus est primus ab intercalario. Et hæc quidem de æquinoctiis vernis satis sunto. Autumnalia nunc exequamur.

Chaldæorum monimenta produnt, Lunam defecisse anno secundo Mardocempadi. Phamenot. d. 15. h. 7. 40. Defectio fuit dig. 5. ☉. ♍. 3. 15. ab æquatoris sectione diuulsus, partibus 29. 45. quas confecit diebus 26. hor. 22. Quare incidit æquinoctium autumnale in Pharmuthi diem 12. h. 4. Annus est Mundi 3303. A Christo 720. primus à bissextili. Septemb. dies 28. Feria 7. ♄ hor. 4.

Hipparchus annis à Nabon. exactis 546. d. 345. Mesori. 16. h. 7. Lunam defecisse tradidit. Defecit autem digitis 9. Sol partim 26. 6. ♍. tenebat, dissitus à sectione, part. 3. 54. quas emensus est dieb. 3. h. 22. Annus fuit Mundi 3822. Secundæ periodi Calippi, 54. ante Christi Epocham 201. bissextilis, Septemb. d. 22. hor. 7. Sol. igitur ♎. ingressus est Mesori die 20. hor 5. Septemb. die 26. h. 5. Et anno insequenti, Mundi 3823. ante Christi Statutum locum 200. Libra Solem excepit Septemb. d. 26. Feria 4. ☿ hor. 11. hoc. est hora vna ante mediam noctem.

Ptolemæus annis à Nabanass. lapsis 886. d. 68. comperit Solis ingressum in Libram, Athyr. d. 9. hor. 1. post ortum ☉. Annus est Mundi 4161. disiunctus à Christiano limite 139. tertius Antonini. tertius à Bissexto. Dies Septemb. 25. ho. 19. Anno itaque Mundi 4159. Christi 137. Sol Libram iniit, Septembris die 25. h. 7. siue hora 1. post occasum.

Albategnius Arabs Annis Aegyptiis 743. d. 178. hor. 14. elapsis ab eo æquinoctio, quod Ptolemæus anno Antonini tertio memoriæ mandauit, ab obitu Alexandri 1106. cœli volumina scrutatus, reperit æquinoctium incurrisse in diem 9. Elul, ex Romanorum mensibus: qui dies, inquit, octauus est Pachon. Annus est Mundi 4904. Nabon. 1630. Christi 882. Septemb. d. 18. Feria 4. ♆. ho. 14. Quapropter anno Mundi 4903. Christi 881. æquinoctium exhibuit Septembris dies 18. Feria 3. ♂ hor. 8.

Bernardus Vualterus Germanus, anno Mundi 5499. Christiani termini 1477. mense Septembri, sublimitatem Solis meridianam adnotauit, ex qua venati sumus æquinoctium die 13. Septembris, Feria 1. ☉. hor. 13.

Nos similiter anno Mundi 5547. Christianæ Epochæ 1577. cœlo exquisitè consulto, comperimus æquinoctium Septembris die 12. Feria 3. ♂ ho. 20.

His modo expositis iam perfacile est ex inspectionum interuallis, naturalis anni magnitudinem definire, vnde excessus anni Iuliani varius & mutabilis patefiet.

Chaldęorum æquinoctium vernum, anni 3303. dissitum est ab Hipparchi æquinoctio verno, annis 520. minus horis 46. Tot horis anni Iuliani 520. superant Naturales totidem. Excessus autem horarum 46. in annos 520. distributus, profert annuum excessum, sexagesimarum horariarum 5′. 18″. 27‴. 40⁗. Annuus excessus ablatus ab anno Iuliano dierum 365. horarum sex relinquet magnitudinem anni Naturalis d. 365. h. 5. 5′ 4″. 41‴. 30⁗. 20⁗.

Hipparchi vernũ æquinoctium abest ab æquinoctio verno Ptolemæi, an. Iulianis 340. minus horis 26. Ex quibus annuus excessus eruitur. 4′. 35″. 17‴. 4⁗. Et Naturalis anni magnitudo supra dies 365. horarum 5. 5′ 5″. 24‴. 42⁗. 56⁗.

A Ptolemęi æquinoctio, ad Vualteri inspectionem, intercedunt anni 1336. minus dieb. 11. hor 4. vnde elicitur excessus 1′ 2″. 9‴. 9⁗. 20⁗. Et anni magnitudo supra dies integros, horarum 5′. 47″. 57‴. 50⁗.

A Vualteri cõsideratione ad nostrã anni sunt 100. minus horis 17. Vnde manat excessus 1′. 10″. 12‴. 0⁗. 0⁗. Et anni magnitudo dierum 365. h. 5. 4′ 9″. 48‴. 0⁗. 0⁗.

Rursus interuallum inter autumnale æquinoctium Chaldęorũ, & autumnale Hipparchi, annorum est Iulianorũ, 520. minus horis 41. quę annuũ excessum

cessum produnt, hor. o. 4′. 43″. 50‴. 46⁗. Et naturalis anni magnitudinem dier. 365. hor. 5. 55′ 16″. 9‴ 14⁗. Et hęc quidem anni magnitudo, scripulis horę secundis ferè 35. illam superat quæ ex vernis inspectionibus eodem temporis interuallo intercurrente eruta est. Sed cum obseruationes ætatum posteriorum in annuę magnitudinis variatione consentiant, hoc discrimen licet exiguum, speculatorum oscitantiæ tribuendum est.

Hipparchi obseruatio, dissidet à Ptolemæi autumnali æquinoctio, annis 336. minus horis 28. Excessus annuus 5′. o″. o‴. o⁗. Et anni magnitudo supra dies 365. horarum 5. 55′. o″. o‴. o⁗.

Ptolemęus ab Albategnio disiungitur annis 744. minus horis 167. hinc excessum elicias. 13′. 28″. 3‴. 52⁗. Et anni magnitudinem d. 365. h. 5. 46′. 31″. 56‴. 8⁗.

Albateginium sequitur Vualterus interuallo 596. annorum minus horis 115. quæ annuum excessum proferunt hor. o. 11′. 34″. 37‴. 51⁗. Et anni magnitud. d. 365. h. 5. 48′. 25″. 22‴. 9⁗.

Vualteri speculationem nostra insecuta est, annis 100. minus horis 17. ex qua excessum agnoscimus ho. o. 10′. 12″. o‴. o⁗. annique magnitudinem dierum 365. ho. 5. 49′. 48″. o‴. o⁗.

Supra dictarum inspectionum tabulam digessimus, quę liquidò monstrat anni magnitudinem non vnam perpetuamq; esse, sed per multa secula variationem percipi: quæ agnosci non potest nisi multarum ætatum phœnomenis inter se collatis.

Tabella variationis Anni.

	Anni mũdi	*Tempus Æquinoctij Verni. Martij.*		*Interualla temporum.*		*Excessus anni Iuliani.*				*Anni naturalis magnitudo supra dies 365.*				
		D.	*H.*	*Anni.*	*D.*	*H.*	*Sexagesimæ horariæ.*				*Horæ.*	′	″	‴	⁗
Chaldæi.	3303	25.	7.												
Hipparchus	3823	23.	9.	520. M.	1.	22	5.	18.	27.	41	5.	54.	41.	32.	19.
Ptolemæus.	4163	22.	7.	340.	1.	2	4.	35.	17.	4	5.	55.	24.	42.	56.
Vualterus.	5499	11.	3.	1336.	11.	4	12.	2.	9.	20	5.	47.	57.	50.	40.
Tẽporarius.	5599	10.	10.	100.	0.	17	12.	10.	0.	0	5.	49.	48.	0.	0.
		Æquinoctij Autumnalis Septembr.													
		D.	*H.*								*H.*	′	″	‴	⁗
Chaldæi.	3303	28.	4.												
Hipparchus	3823	26.	11.	520. M.	1.	17	4.	43.	50.	46	5.	55.	19.	9.	14.
Ptolemæus.	4159	25.	7.	336.	1.	4	5.	0.	0.	0	5.	55.	0.	0.	0.
Albategn.	4903	18.	8.	744.	6.	23	13.	28.	3.	52	5.	46.	31.	56.	8.
Vualterus.	5499	13.	13.	596.	4.	9	11.	34.	37.	51	5.	48.	25.	22.	9.
Temporar.	5599	12.	20	100.	0.	17	10.	12.	0.	0	5.	49.	48.	0.	0.

A Chaldæis ad Ptolemæum, in annis 860. excessus intercalationis à Cæsare institutæ, fuit scripulorum horariorum 5. ferè. A Ptolemæo ad Albategnium, in annis 744. scripulorum 13 ½ Atq; hic fuit æquinoctiorum motus in præcedentia concitatissimus, illic valdè remissus. Ab Albategnio ad Vualterum, excessus fuit scripulorum 12. in annis 596. hinc ad nos in annis, 100. scripulorum 10. Vnde apparet, sectionum impetum sensim relaxari. Cæterum propter artificum paucitatem, & rerum cœlestium despicientiam, ignoratur quo seculo motus maximè ferueat, quando ingrauescat. Proinde nihil mirum quod Sosigenes, cuius ope & consilio Cęsar annum ciuilem restituit, trinis commentationibus non cessarit addubitare, ipse semet corrigendo, vt Plinius prodidit. Siquidem ex tam inæquali & varia anni magnitudine, vix vna & simplex emendatio proferri potest. Cum enim ab emendatione Cæsaris ad nostram vsque ætatem accreuerit excessus ad 13. dies, qui nunc exhauriendi sunt, vt annus ad suum redeat principium, si in seculis futuris quibus iam æquinoctiorum cursum refrenari percipimus, pari annorum interuallo totidem dies auferamus, relabemur in errorem priori contrarium, annumq; ciuilem naturali contractiorem efficiemus. Qua propter intercalatio temperanda est; vt pro æquinoctiorum intensione & remissione modo plus, modo minus intercaletur. Verum quia intensio illa remissióue vulgo minus nota est, media intercalationis ratio ita ineunda erit, vt annus ciuilis in integrum restitutus ad Naturalem quàm proximè accedat, & ab vsitato quamminimum recedat. Primum itaq; statuatur anni caput aliquod insigne, vel Aequinoctium vernum aut Antumnale, vel Hiberna conuersio aut Aestiua. Deinde menses accommodentur signiferi dodecatemorijs, & in anni exitum intercalatio transferatur. Igitur anni caput teneat hiberna trope. Hoc enim principium tot iam seculis omnium ferè populorum consensu receptum, & si Naturali minus congruat, tamen propter horoscopia & analemmata commodissimum esse videtur. Quod vt consequamur exinaniendi sunt dies illi 13. excessus, & præterea septem, quos in Cæsaris correctione anteuertit hiemale Solstitium. Itaq; dies 20. consumendi sunt, vt anni caput redeat ad hibernam tropen, fiat igitur emendatio in fine decimę sextæ à Christo hecatontadis hoc modo. Agantur anni tres, nempe 1597. 1598. 1599. dierum singuli trecentorum sexaginta, tricenis cuique mensium diebus attributis. Annus verò 1600. habeat dies 361. die scilicet intercalari Decembri adiecto. Sic enim quadriennio absq; vlla fastorum immutatione, nullo populi damno

vix id percipientis, dies 20. exhaurientur. Et redibit Solstitium hiemale ad caput Ianuarij, vt principium capiat Phębus & annus idem. Menses verò ita resarciantur, vt Solis incessui quàm maximè congruant. Itaque menses hiberni septem, quibus sol concitatius fertur, donentur tricenis diebus, nempe September, October, Nouember, December, Ianuarius, Februarius, Martius, quinq; reliqui Aprilis, Maius, Iunius Iulius, Augustus, habeāt tricenos singulos, præterquam quòd quarto quoque anno qui intercalarius erit, dies accrescet, Decembri nimirum sexto Calendas Ianuarij vt bissexti nomen retineatur.

Nec enim postremo diei Decembris commodè subiungi potest, ne à litera diaria tribus diebus inseruiat. Superest excessus emendandus. Nam quæ quarto quoque anno fit intercalatio, Solis cursum naturalem, qui veras anni metas præscribit, superat aliquot horæ sexagesimis, quæ minimū excurrunt ad sexagesimas, 4. 44. plurimùm, ad 13. 30. Ac fortasse potuit vltra citraue Albategnij seculum horæ quadrantem æquare. Sed ex Phænomenon consideratione, anni magnitudo supra dies 365. comperta est maxima, horàrum 5. 5′5.″24. minima, horarum 5. ′46. ″32. Differentia minimę à maxima est horariorum scripulorum ′8. ″52. vnde exurgit mediocris & consentanea anni ciuilis magnitudo, dierum 365. hor. 5. 50′. ″58. & mediocris excessus supra dies quadrantem, scripulorum horariorum, 9′. 2. Quæ in bissextis siue quadriennijs 40. hoc est in annis 160. efficiunt diem vnum & horas 0. ′5. ″20. Sed pusilla ista exuperantia diem explere nequit in annorum 40. millibus, quousque non est cur quisquam putet secula peruētura. Quapropter duodecimam illæ horæ particulam supra annos 160. exundantem, meritò negligimus, & consentaneam facimus annui excessus emendationem, si quadragesimum quodque quadriennium agamus sine intercalatione: nimirum vt anni Christiani 1600. principio in hiberna trope collocato, deinceps ad annum vsque 1759. intercalatio Iuliana anno cuiq; quarto adhibeatur, sub Decembris extremum. Annus vero 1760 qui in quadriennium quadragesimum incurrit, diebus 365. peragatur intercalatione submota, eaq; in posterum prætereatur in annis centesimis sexagesimis. Ita fiet vt annus intra suas metas coërceatur, certè non amplius vno alteroue die vltra citraque cancellos euagari poterit. Sed bidui prosthaphæresis (quæ propter æquinoctiorum mobilitatem vitari non potest) quia sensim in nihilum abit, tanti esse non debet, vt de ea solliciti esse debeamus, cum mutabilitas quę inde accidit vix sit perceptibilis, nec fa-

ctis & analemmatis quidquam detrimenti adferat. Neque enim de naturalis anni mensura hic agimus ad vnguem expolita, quam Mathematicis curandam relinquimus, sed populorum commodis tantum inseruimus. Fastis porrò hoc modo castigatis, periodus Solaris annorum 28. ad literas diarias & ferias cognoscendas inuenta manebit, neque Lunaris periodus annorum 19. epactarumque methodus, ad neomenias inuestigandas excogitata, quidquam mutabuntur, adhibita tantum leui correctione, propter 20. dies consumtos, & intercalationis quadragesimæ præteritionem. Signiferi signa 12. totidem mensibus ciuili quodam temperamento respondebunt anniuersarię tempestates, Ver, Æstas, Autumnus, Hiems, ternis signis ternisque mensibus aptissimè distinguentur, quæ etiam analemmatis & horoscopijs ad vsum publicũ insculpi facillimè poterunt, incomparabili omnium populorum commodo & voluptate, quibus in promtu fuerit vno atq; altero diagrammate perspicere cuiusque diei noctisque per totius anni decursum incrementa & decrementa, crepusculorum etiam initia & exitus, omnibus seculis, vbique terrarum. Nec dissimili modo nouilunia & plenilunia, aliasque Lunaris luminis accretiones & diminutiones percipientur, absque vllo aurei numeri vel epactarum tædio. Tanti interest annum ritè constitutum esse.

SEQVITVR ANNVS EMENDATVS.

1

IANVARIVS Capricornus ♑ dierum 31.

Dies Menſis.	Literæ diariæ.		Dies Anni.
1	A		1
2	b		2
3	c		3
4	d		4
5	e		5
6	f		6
7	g		7
8	A		8
9	b		9
10	c		10
11	d		11
12	e		12
13	f		12
14	g		14
15	A		15
16	b		16
17	c		17
18	d		18
19	e		19
20	f		20
21	g		21
22	A		22
23	b		23
24	c		24
25	d		25
26	e		26
27	f		27
28	g		28
29	A	& tres Hora	29
30	b		30

2

FEBRVARIVS Aquarius ♒ dierum 30.

Dies Menſis.	Literæ diariæ.		Dies Anni.
1	c		31
2	d		32
3	e		33
4	f		34
5	g		35
6	A		36
7	b		37
8	c		38
9	d		39
10	e		40
11	f		41
12	g		42
13	A		43
14	b		44
15	c		45
16	d		46
17	e		47
18	f		48
19	g		49
20	A		50
21	b		51
22	c		52
23	d		53
24	e		54
25	f		55
26	g		56
27	A		57
28	b		58
29	c	& quindecim	59
30	d	Hora	60

3

MARTIVS Piſces ♓ dierum 30.

Dies Menſis.	Literæ diariæ.		Dies Anni.
1	e		61
2	f		62
3	g		63
4	A		64
5	b		65
6	c		66
7	d		67
8	e		68
9	f		69
10	g		70
11	A		71
12	b		72
13	c		73
14	d		74
15	e		75
16	f		76
17	g		77
18	A		78
19	b		79
20	c		80
21	d		81
22	e		82
23	f		83
24	g		84
25	A		85
26	b		86
27	c		87
28	d		88
29	e		89
30	f		90

4

APRILIS. Aries.

♈ dierum ~~30~~. 31

Dies Mensis.	Literæ diariæ.	Dies Anni.
1	g	91
2	A	92
3	b	93
4	c	94
5	d	95
6	e	96
7	f	97
8	g	98
9	A	99
10	b	100
11	c	101
12	d	102
13	e	103
14	f	104
15	g	105
16	A	106
17	b	107
18	c	108
19	d	109
20	e	110
21	f	111
22	g	112
23	A	113
24	b	114
25	c	115
26	d	116
27	e	117
28	f	118
29	g	119
30	A	120
31	b	121

5

MAIVS. Taurus.

♉ dierum ~~31~~. 32

Dies Mensis.	Literæ diariæ.		Dies Anni.
1	c		122
2	d		123
3	e		124
4	f		125
5	g		126
6	A		127
7	b		128
8	c		129
9	d		130
10	e		131
11	f		132
12	g		133
13	A		134
14	b		135
15	c		136
16	d		137
17	e		138
18	f		139
19	g		140
20	A		141
21	b		142
22	c		143
23	d		144
24	e		145
25	f		146
26	g		147
27	A		148
28	b		149
29	c		150
30	d		151
31	e	etzi ſoza	152

6

IVNIVS. Gemini.

♊ dierum ~~30~~. 31

Dies Mensis.	Literæ diariæ.	Dies Anni.	
1	f	153	
2	g	154	
3	A	155	
4	b	156	
5	c	157	
6	d	158	
7	e	159	
8	f	160	
9	g	161	
10	A	162	
11	b	163	
12	c	164	
13	d	165	
14	e	166	
15	f	167	
16	g	168	
17	A	169	
18	b	170	
19	c	171	
20	d	172	
21	e	173	
22	f	174	
23	g	175	
24	A	176	
25	b	177	
26	c	178	
27	d	179	
28	e	180	
29	f	181	
30	g	182	182 etzi ſoza
31	A	183	

7

IVLIVS. Cancer. ♋ dierum 31.		
Dies Mensis.	Literæ diariæ.	Dies Anni.
1	b	184
2	c	185
3	d	186
4	e	187
5	f	188
6	g	199
7	A	190
8	b	191
9	c	192
10	d	193
11	e	194
12	f	195
13	g	196
14	A	197
15	b	198
16	c	199
17	d	200
18	e	201
19	f	202
20	g	203
21	A	204
22	b	205
23	c	206
24	d	207
25	e	208
26	f	209
27	g	210
28	A	211
29	b	212
30	c	213
31	d	214

8

AVGVSTVS. Leo ♌ dierum 31.		
Dies Mensis.	Literæ diariæ.	Dies Anni.
1	e	215
2	f	216
3	g	217
4	A	218
5	b	219
6	c	220
7	d	221
8	e	222
9	f	223
10	g	224
11	A	225
12	b	226
13	c	227
14	d	228
15	e	229
16	f	230
17	g	231
18	A	232
19	b	233
20	c	234
21	d	235
22	e	236
23	f	237
24	g	238
25	A	239
26	b	240
27	c	241
28	d	242
29	e	243
30	f	244
31	g	245

et zi Sonn
dominicus g. restat 6 iz

SEPTEMBER. Virgo ♍ dierum 30. 31		
Dies Mensis.	Literæ diariæ.	Dies Anni.
1	A	246
2	b	247
3	c	248
4	d	249
5	e	250
6	f	251
7	g	252
8	A	253
9	b	254
10	c	255
11	d	256
12	e	257
13	f	258
14	g	259
15	A	260
16	b	261
17	c	262
18	d	263
19	e	264
20	f	265
21	g	266
22	A	267
23	b	268
24	c	269
25	d	270
26	e	271
27	f	272
28	g	273
29	A	274
30	b	275

10

October. Libra. ♎ dierum 30.

Dies Mensis.	Literæ diariæ.		Dies Anni.
1	c		276
2	d		277
3	e		278
4	f		279
5	g		280
6	A		281
7	b		282
8	c		283
9	d		284
10	e		285
11	f		286
12	g		287
13	A		288
14	b		289
15	c		290
16	d		291
17	e		292
18	f		293
19	g		294
20	A		295
21	b		296
22	c		297
23	d		298
24	e		299
25	f		300
26	g		301
27	A		302
28	b		503
29	c	et xs. horæ	804
30	d	adde 6	305

11

November. Scorpius ♏ dierum 30.

Dies Mensis.	Literæ diariæ.		Dies Anni.
1	e		306
2	f		307
3	g		308
4	A		309
5	b		310
6	c		311
7	d		312
8	e		313
9	f		314
10	g		315
11	A		316
12	b		317
13	c		318
14	d		319
15	e		320
16	f		321
17	g		322
18	A		323
19	b		324
20	c		325
21	d		326
22	e		327
23	f		328
24	g		329
25	A		330
26	b		331
27	c		332
28	d		333
29	e	et is horæ	334
30	f	ex vi addi-	335
		ter g relinq.	
		3	

12

December. Sagittarius. ♐ dierum 30.

Dies Mensis.	Literæ diariæ.		Dies Anni.
1	g		336
2	A		337
3	b		338
4	c		339
5	d		340
6	e		341
7	f		342
8	g		343
9	A		344
10	b		345
11	c		346
12	d		347
13	e		348
14	f		349
15	g		350
16	A		351
17	b		352
18	c		553
19	d		354
20	e		355
21	f		356
22	g		357
23	A		358
24	b		359
25	c		360
26	d		361
27	e		362
28	f		363
29	g	et tres horæ	364
30	A	addendæ	365
		summa dierum 365 et vides 6 horas et fit fere intercalatio 4 anno	

Annus hic politicus obseruatu facillimus est, quia non multum ab vsitato Iuliano recedit. Nonnihil sanè deflectit ab exquisita cœli motione, sed perfectam & omnibus numeris absolutam ciuilium actionum cum cœlestibus agitationibus coitionem, populi non percipiunt: ideoque illam mathematicis & ὀυεϊρνοσκοποῖς meritò relinquimus. Nec magis hęc anni ciuilis moderatio respuenda est, quàm Lunationes politicæ, quas in feriis statuendis vniuersæ propemodum gentes comprobarunt. Quæ tamen à vera Luminum syzygia sæpe recedunt, & statę ipsę ferię nonnunquam à Luminum vel coitione vel diametro longè diuelluntur. Certè festum Paschale, quod Luna haud secus ac Oceani fluxum atque refluxum secum ducit, à verno plenilunio plerunque disiungitur hebdomade tota. Imprimis igitur annum emendent Monarchę: deinde sanciant vt anni quique centesimi sexagesimi, quos edit tabella subiecta, sine intercalatione transigantur. Hoc modo anni perpetuo sibi constabunt seculis infinitis.

Anni Intercalationis expertes post annum Christi 1600. emendatum.

Mundi	Christi
5782.	1760.
5942.	1920.
6102.	2080.
6262.	2240.
6422.	2400.
6582.	2560.
6742.	2720.
6902.	2880.
7062.	3040.
7222.	3200.

Additione 160. tabella producetur.

Mundi exitium.

De Mundi exitio atque incendio, certa in Sacris & definita sententia est, quę Ethnicos minimè latuit, quorum scripta testantur de Mundi eluuione, exustione & Reuonatione, aliquid percepisse. Plato in Timæo, Cicero 2. de Nat. Deor. de somnio Scipion. Plin. lib. 7. c. 16. Macrob. c. 10. Somn. Scipion. Sed verbis minus obscuris Ouid. lib. 1. Metamorph. sic cecinit.

Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli
Ardeat, & Mundi moles operosa laboret.

Et Lucan. lib. 7. Pharsal.

Communis Mundo superest rogus, ossibus astra
Mixturus.

Tempus autem quo incendium illud futurũ sit definire conati sunt Sacrorũ interpretes. Ita enim scriptum habetur in lib. Sanhedrini c. Helec. Sex millia annorum erit Mundus, & iterum destruetur, Duo millia manitatis, duo millia legis, duo millia dierum Messiæ. Fuit sanè hæc omnium ferè hominum communis ac per multa sæcula vulgata sententia, Mundum sex annorum millibus duraturum. Quam Theodoricus Gothorũ Rex qui anno 500. à Messia nato imperabat in Italia, pro comperta videtur habuisse. Sic enim in Epistola ad Boëtium scribit. Sex millia denariorũ solidum esse voluerãt, vt radiantis metalli formata rotunditas ætatem Mundi quasi Sol aureus cõuenienter includeret. Vnde autem hæc annorum circunscriptio fluxerit, declarat Lactantius lib. 7. c. 14. Sciant, inquit, Philosophi, qui ab exordio Mundi seculorum millia numerant, nondum sextum millesimum annum esse conclusum, quo numero expleto consummationem fieri necesse est, & humanarum rerum statum in melius reformari. Etenim sex diebus cuncta Dei opera perfecta sunt. Ideo per secula sex annorum, id est sex millia manere in hoc statu Mundum necesse est. Quoniam dies Magnus Dei mille annorum circulo terminatur, & sicut sex dies illi Dei laboribus dicati sunt, ita & sex annorum millia eius Religioni & veritatis laboribus dicantur. Præterea Augustinus Epist. 78. ad Hesych. Antequam ait, Mundi finis obrepat, oportet Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus prędicari, vt est apud Math. c. 24. Marcum c. 13. Atque inde sciri vtcunque posse credidit, quantum sua ætas à seculi fine abesset, si terrarum orbe peragrato notum esset, quot Gentes adhuc Euangelij conciones non audiuissent

audiuiſſent: Quod ſi hodie in terris ageret, non dubitaret affirmare proſoribus adeſse diem illum. Quia typographia prolata, & Oceano vndiq; ſulcato, iam Euangelium peruaſit ortum, occaſum, Antipodas, auſtrum, & boream. Verum tamen huius diei diſquiſitio temeraria videri poteſt, cum ipſe Dei Filius homo, nos docuerit, Patrem omnipotentem in ſua poteſtate poſuiſſe tempora & articulos temporum, neque horum ſcientiam ad nos ſpectare, & diem illum ne cœleſtibus quidem Angelis notum eſse. Profectò libenter neſcire debemus, quę nos atq; ipſos Angelos Dominus noluit ſcire, vt meritò fatui habendi ſunt, & elleboro purgandi, qui ex fictitio motu ſphærularum aut circellorum, quos hominum ſolertia ad cœli phœnomena percipienda excogitauit, Mundi ſeculorumque ſpatia meteri non minus audacter quàm impudenter aſſerunt. Cœli materia non conſtat circulis, epicyclis, orbibus, aut rotis ſidera deferentibus. Illa omnino liquida eſt, vt verè prodidit Plinius, qua ſeptem errones aliaq; aſtra vagantur, certis ab ipſo Architecto Deo diſcreta ſpatijs. Cum enim Solis aut Lunæ vertigines deducit Mathematicus ex deferente eccentrico, vel ex anomaliæ aut epicycli motu, non id agit vt orbes, vel circulos in æthere liquido eſse velit, ſed ijs vtitur tanquam Ariadnes filo, quæ Dædaleum cœleſtium anfractuum labyrinthum permeet, alioqui inexplicabilem. Vagam eſse ætheris regionem, rationes opticæ perſpicuè docent, vt & Cometæ ſupra Lunam aliaq; ſidera ſublati: atq; hìc elucet ſummi opificis incompræhenſum opus. Sed hæc obiter dicta ſunt. Iam ad inſtitutum redeamus. Daniel Prophetarum ſummus, cùm Angelum de fine & concluſione ſeculi diſſerentē audiuiſset. Ego audiui, inquit, & non intellexi, & cum de fine rogaſset ei diſertè reſpondit Angelus, concluſa eſse conſignataq; verba illa ad tempus præfinitum. Sed Chriſtus ipſe apud Lucam 17. ſic docet, non ita venturum eſt Dei regnum, vt obſeruetur, aut hic illicue eſse demonſtretur: quemadmodum Noæ temporibus accidit, ſic accidet temporibus Filij hominis, Commedebant, bibebant, canebant, vxores ducebant vſq; ad eum diem, quo ingreſsus eſt in arcam Noa: venit Diluuium quod omnes perdidit. Similiter vt & Loti temporibus accidit, comededant, bibebant, canebant, vendebant, plantabant, ædificabant. Quo verò die exijt Sodoma Lotus, pluit ignis & ſulfur de cœlo quod omnes perdidit. Itidem accidet quo die Filius hominis patifiet. Paulus etiam ad Theſsalonicenſ. Domini diem venturum eſse ſcribit vt furem noctu. Cùm enim dicent homines pacem & ſecuritatem, tum repentè vt dolor vterum ferenti, ſic eis inſtabit interitus, quem

